

Q. Nr. 528, No. 25

ARIADNI

II m  
7291

V. C.

JOAN. BARCLAI

Scriptis Labyrinthéis  
filum Iargita.

(X7903987)

Sive  
ad eundem

INTRODUCTIONS ALIQUOT

Quarum prima de vitâ illius &  
scriptis summam,

Dua succedanea speciatim agunt & bipertito:

Una quidem de ARGENIDE,  
Altera de EUPHORMIONE,

Annexâ quoq; utring;  
geminâ

CLAVE.



In Aquilinâ & Aquilonari Theodosiâ  
Ærâ Dionysianâ ∞ 1561 XIX.

Impensis ac sumptibus Johannis Erasmi



V. V.

*Clarissimis, Amplissimis, & Consultissimis,*  
Magnifici WILDII Generis;  
Dn. PAULO MICHAELIS, J. U. D.  
& Oratori Theodosiano;  
Dn. AUGUSTO STISSERO, J. U. C.  
atq; Salinatori Halis splendido, &c.

*Mecænatibus & Fautoribus  
amicissimis.*

**P**redecessori par Claio si forem, abunde  
Carminis esset; inops sed fero BARCLAÏUM.

Ariadnes Buccinator.



SAG  
VIT  
N  
campo  
credul  
seculi p  
rum  
nfernu  
betur  
phorm  
stibulu  
lenten  
dere e  
ni fuer  
genio  
quodq  
ret. E  
ribus  
non ab

ISAGOGE AD BARCLAIUM  
GENERALIS,

de  
VITA ILLIUS, ET MORIBUS,  
ATQUE SCRIPTIS.

**N**on ex unâ Papanorum de S.  
Patricii antro, superstitione, sed  
jam tum ex Paganorum circa  
camporum Elysiarum situm ineptâ  
credulitate, nata est pervulgata nostri  
seculi parœmia, quâ *magna Britannia mu-  
rum Paradisus, equorum tolutariorum  
infernus, & loculorum Purgatorium* perhi-  
betur fulgetrum. Vix rationes? Eu-  
phormionis te statim eas edocebit ve-  
stibulum: Ubi, cur alio quasi Sole ca-  
lentem ex hâc insulâ fecerit orbem, vi-  
dere est. Id verò si toti unquam regio-  
ni fuerit commune, certè in J. Barclaii  
genio illinc tracto & aucto peculiare,  
quodq; fuerit unitum, potentiùs appa-  
ret. Ecquid enim Charites in eius ope-  
ribus non manus tantùm, sed se totas  
non abluere, & velut Euphrati Edenio

## I N T R O D U C T I O

se non prorsus immersere? An non Gratiarum mater, Venus ipsa ibidem (ut cum originante D. Augustino loquar) mariambula est? Numnam forores illic Aoniæ tanquàm per Tempe Paradisiaca aut Parnassica, non tam spatia florilegiis faciunt ambarvalia, quàm fessitando mellificiis suis perennatura metantur alvearia? Quæ quippe Musæ (vel Autore nostro autore) nusquam se delicatius habent, quàm quùm in Scortos incidere. Quî verò fit, quod

*Una eadem Venus est oculi Eden, pectoris Ætna?*  
 Unde siquidem furiatæ magis feriunt Erinnyes, atq; ubi Calefactor hic Satyrus in quævis vitia, præsertim manulorum & mulorum refractariorum, catulientia & adhinnientia excanduit; & foculum iisdem tantùm non infernalem suscitavit? At si qua pecuniæ duntaxat emunctoria crimina mitius, quasi februa flammâ expiet; ita tamen ea fervidâ balnei sui acrimonia defricat, uti quamplurimis, ipsisque adeò Ignacianis, illud undecunq; exquirentibus, verum existat Purgatorium.

Quæ

GENERALIS.

Quæ quum ita sint, punctum & utilitatis & dulcedinis omne huc collatum, nec quisquam ferè paulò literatiorum, imò etiam illiteratiorum, & vix vernaculam linguam (nam & Gallicam & Germanicam callet Argenis) edoctorum hactenus repertus est, quin Johannis Barclaii libros haud fanè multos, sed optimos adeò amplexatus & exosculatus fuerit, ut rarò è sinu, nunquam verò è memoria deposuerit. Verum enim verò quum rudiores stylus acutior & strictior, res etiam abstrusior juxta & sublimior absterruerit, qui sine manu ductione scriptorem hunc legi posse constanter pernegabant; evicit tandem calidissimum illud desiderium, ut eidem non Belgæ tantùm, sed & aliis paria, vel ex sextante saltem, facere & remedium quærere anniterentur. Eorum pyctacio hoc etiam, quodcunque est, nominis dare placuit, uti præfatio hoc loco generalior aliquantò cum de autore ipso, ejusq; vitâ, religione & moribus, tum de opusculis ejus summam omnibus & illorû formali (ut in Scho-



## I N T R O D U C T I O

lis loquimur) & materiali institueretur: Cui deinde Clavis gemina cum totidem prologis ad ejusdem scripta specialius enarranda succenturiabuntur.

Quod igitur hinc in antecessum rudi saltem Minervâ & summa sequenti fastigia dicendum est, id omne unico disticho ad Autoris simulachrum verè apposito expressum est:

*Gente Caledonius, Gallus natalibus hic est,  
Romam Romano qui docet ore loqui.*

In hoc enim versu, familia, ortus & mors, atque scripta ejus, quæ Latina vel potius Romana fuere, depicta sunt singula. Quem ut enarrem, sciendum est, ipsum Barclaium è Scotia, vel verius magnâ Britannia fuisse oriundum, stirpe gentilitiâ. Unde & Insulanus, vel leyi anagrammate Lufininus salutari magis gavisus est; In quibus gentibus, inquit ipse, Themistii (Barclaii patris) nondum aboleverat nomen: quare & Germaniam, suam Majorum (Anglo-Saxonum) patriam assidua veneratione appellat. Et sanè antiqua est illius in Angliâ & Scotiâ familia, uti habetur in

sil

ε Α

Can-

Can  
ri, A  
pres  
B A

B  
Affig  
V

E ta  
Gall

subu  
ster

scili  
ripâ

hoc  
agno  
cunc

Hau  
mür

Janu  
Qua  
O  
Gul  
liter  
& P

Can-

○ G E N E R A L I S.

etur: Cantuariensi Roberti Barcleii Armige-  
toti- ri, Anno 1614. defuncti epitaphio; cui  
a spe- præterea hoc carmen annexum legitur:  
tur. BARCLAIIO SACRUM, *Lector nil*

rudid *ponimus ultra,*

ti fa- *Barclajo vitæ non opus historiâ.*

o di- *Affigi titulos & longa epicedia curent,*

rè ap- *Virtuti à Fato, qui metuere sua.*

est, E tam celebri itaque ipse gente, sed in  
Galliâ, vel, ut pressius loquar, Galliæ  
suburbio, Lotharingiâ ortus est hic no-  
ster *Gallus natalibus*; in Mosellæ Ponte  
scilicet, qui quod urbem in utrâq; istius  
ripâ positam dirimit, eidem nominis  
hoc communicavit, quam alio Delphii  
agnomine autor in Satyrici parte se-  
cundâ mirum in modum dilaudavit.  
Hauit autem ibidem loci vitalem pri-  
mum aërem *Ærâ Christi 1582. mensis*  
*Januarii die 28. atque (ut Antonius*  
*Quærenus de ipso cecinit:)*

are & *ad Oceani extremos hunc Gallia fluctus*

nglo- *Ora Caledonij genuit de stirpe parentis,*

atione Gulielmi puta Barclaii, in quo Fortuna  
literas & virtutes non destituerat: nam  
& Professoris Regii, & Ducalis in Lotha-

Can- A 4 ringiâ

## I N T R O D U C T I O

ringia Consiliarii, vir hic externus sed omnium suffragiis ad probitatis famam proventus obtinuit. Is inter alia boni viri officia, quæ multis egregiis scriptis eluxere profectò splendida, non postremum ratus est, si superstitionem istam de Pontificum funestâ cunctis principibus, & toti mundo ipsique Deo adeò individiosa potestate opinionem jam vetulam de Ponte suo precipitaret. Exarsit in ejusdem jam elati scriptum Bellarminus non vulgariter, manes tanti viri quiescere minimè passus; sed *pietate filij* patrem ab indignis Cardinalis injuriis vindicantis, & inter ipsum Numen & Papam vix ac ne vix quidem distingui gravissimè ferentis, iste turbo posuit.

Atq; hæc illi scribendi incunabula & velut rudimenta erant majorum rerû, cum eidem sub prima juventute adhuc, anno ætatis 21, non tam præmatura, ut ipse ait, sed percocta famæ cupiditas vinnulam & venustulam illam Satyrici scripturam extudisset; cuius partem, secundam biennii morâ proventus ad-  
ultiore

ultio  
vero  
excu  
minu  
nem  
erno  
rius  
repra  
iam o  
liter  
dubi  
velut  
com  
ad vi  
ad au  
chru  
genio  
rum  
bilis,  
mico  
Icon  
Scilic  
Edidi  
Et nu  
Et doc



ultiore quoque stylo exaravit: Utriq;  
 vero lustro sequenti Apologiae subdidit  
 excusationem. Cum deinde librū car-  
 minum quoq; emisisset paulò post Icon-  
nem animorum Regi Galliarum hodi-  
 erno, cum voto reddendæ quoque alte-  
 rius imaginis Majestatem posteritati  
 repræsentantis, nuncupavit; quod et-  
 iam damnas factus Argenide sua libera-  
 liter eidem exolvit. Qui duo libri haud  
 dubiè reliquis palmam præripiunt. Nam  
 velut in illo totius Orbis mores in-  
 commodum humanæ consuetudinis  
 ad vivum effinxit & depinxit: Ita in hoc  
 ad aulicarum artium rationem simula-  
 chrum aliud animi & Majestatis ex in-  
 genio patris illius Regis, Henrici nimi-  
 rum Maximi, qui bello ac pace admira-  
 bilis, æmulorum vicisset invidiam & a-  
 micorum fidem; quod in præloquio  
 Iconis prioris receperat paravit.

*Scilicet hæc (potissimum) fama jam com-  
 mendata perenni*

*Edidit is doctis pridem monumenta libellis.*

*Et nunc ille animi certissima signa latentis,*

*Et docet ingenitos populi deprendere mores,*

## I N T R O D U C T I O

*Subjiciens oculis longè distantibus orbem.*  
*Nūc Regum innumeris exercita pectora curis,*  
*Semper & infidas sperantibus exprimit aulas.*  
 Tametsi namq; Satyrico suo, & poste-  
 riori in primis parti gloriam quoque  
 suam imputet Autor, ita ut per illius  
 virtutes aut vitia censeri non recuset:  
 attamen reliquis virili & statâ pruden-  
 tia scriptis libenter concedit. Propter  
 hanc autem Satyricam Euphormionis,  
 ætatis vicio (uti ipse interpretatur) lu-  
 xuriantis juxtâ & indignantis acrimo-  
 moniam, non immeritò ab Alberico  
 Gentili in Mundo altero. eodem audiit  
Britanniarum urtica; qualis ante ipsum  
Galliarum extitit Rabelaisus, Vir (si a-  
 theismum, quem sapit, excipias) reli-  
 qua egregius, & ad ævi sui vitia ridiculè  
exagilandam non minus factus, quàm hic  
noster: Istiusq; vix dum vestibulum (à  
 Zuberò -- *obscurum Pantagruelis opus*  
 vocitatum) Germania nostra legit. Ex  
 utriusvis igitur comparatione sub ma-  
 nu natus est in nomine Autoris hic a-  
 nagrammatismus:

BARCLAIUS. RABLAIUS.

Fran-

○ G E N E R A L I S.

*Francis Franciscus Rabelais urtica, Britannis  
Est Barclajus; eo nomine Rablaicus.*

Sed & terius nostro sæculo Satyricus,  
Virbius quasi Martialis vixit Joannes  
Audoënus, cui hic noster prope & gen-  
te, & mediocri (pro Gallo-Scotico cor-  
poris modulo) statura, nec non acie o-  
culorum vegeta atq; capillorum criski-  
tudine, tum etiam innocenti sæviendi  
violentia par fuit, imò superior; nisi  
quod illius vultus ad ironicam quan-  
dam ingenii celeritatem, hujus verò  
frons aperta ad graviolem judicii non  
minus acuti serenitatem inclinare cui-  
libet videatur magis, qui huius saltem  
depictam in charta effigiem cum istius  
Ovveni capite, ex orichalco fabrefacto  
& in fano San-Paulino Londini erecto  
contulerit: ut mirum sit, cur nulla inter  
utrumq; consuetudinis Anglicanæ ex-  
tent indicia?

Cæterum post ingenium singulare, q  
coelitus nactus erat, tanta ejus ex variis  
& celebrioribus aulis ac rebusp. quas  
per Italiam, utramq; Germaniam, Gal-  
liam & Angliam perlustraverat colle-  
cta

## I N T R O D U C T I O

Et a fuit prudentia, ut non immeritò af-  
fiduum ad se accessum Maximus magnæ  
Britanniæ Monarcha Jacobus eidem  
dederit, & decennali mora in familia  
sua esse iusserit. Quid? quod tandem

*Principis Ausonij donis ingentibus auctus,*  
Sese ad Orbis Dominam urbem rece-  
perit; ubi sese Cardin. Bellarmino jam  
pacato, ipsiq; Gephyrio Paulo V. recon-  
ciliatus insinuavit, & ad mortem usque  
adhæsit. Nam non adeò diuturno ibi-  
dem ipsi esse per Fata licuit; sed Mense  
Augusto anni 1621. postquã prius mense  
Julio ultimum & optimum sui ingenii  
foetum edidisset, expiravit. In qua *Ar-*  
*genide* certè civilium rerum astus non  
ad orbis tantum spectaculũ, quod ipse  
Barclaius de vitricis Veneris, Venetis  
dixerat, sed ad literatorum omnium  
reperiuntur applausum.

Commodum mentionem de Barclaii, ex  
aula Britannicã ad Romanam discessu injece-  
ram; cum ecce suspicio illa de religione auli-  
ca, (quã cum familiis suis principes hodiè jux-  
ta rationem status in speciem saltem prohi do-  
lor! pleriq; utuntur) oborta est, ac si autor no-  
ster talis quoq; Planeta, vel Nicodemita, vel  
per

per oc  
dem ip  
nequ  
tempe  
tum in  
tem P  
opus p  
apolo  
termi  
num,  
sed, in  
adhuc  
nã sui  
Ne

Unde  
cet. V  
incun  
fis ad  
mani  
timo  
quod  
phyr  
verè-  
quie  
cioru  
mia  
nuèn  
ière.  
adhu

## G E N E R A L I S.

per occasionem Transfuga fuisset? Ubi quidem ipsum foro & tempori inserviisse, negari nequit, ita ut obsequio Regis, vehementer eâ tempestate in illius disceptationis argumentum incumbentis, velificatus contra potestatem Pontificis scripserit, & eò patris quoq; sui opus posthumum ediderit; imò per Satyricon, apologiam & Iconem animorum eadem intermiscuerit, adeò ut ferocem illum Germanum, (sic enim vocat Lutherum,) extulerit, sed, in Anglorum gratiam, Genevensem illum adhuc magis. Ita enim licet sub alienâ personâ suis tamen conceptis verbis effatur:

*Nec qui ter geminam rides Calvine coronam*

*Et Latium Latio destruis eloquio.*

Unde quantum literis Calvinii dederit scire licet. Veruntamen Catholicum ipsum fuisse ab incunabulis non tantum è præfatione Parænesis ad sectarios, sed & ex reliquis ipsius libris manifestum est, præsertim verò è cap. 16. & ultimo Iconis animorum, ut & ex apologiâ; id quod etiam verba illa Satyrici (Ego qui Gephyrios semper colui) innuunt. Dico autem verè Catholicum, qualis & ipsius parens fuit, qui effrenem & effrontem Pontificis, Pontificiorumq; potentiam, eorundemq; vitia enormia non tolerantes, manus & ora non abstinuere, neque tamen à veteri Ecclesiâ planè exiêre. In quorum classe multa magna fuere, & adhuc sunt ingenia; & ut veterum, quos in

Cata-

## I N T R O D U C T I O

Catalogo testiū veritatis habes, recensione superfedeam; ecquis est, qui nesciat Philosophorum nostri sæculi, non profapia tantum, sed sua virtute Julium Cæsarem? Scaligerum dico, Monachorum quorundam professum hostem, & tamen avitæ religionis tenacem? Cui non dictus est Historicorum Augustus, Thuanus non minore dignitate quam profunda doctrina? at ille memor quidem antiquarum ceremoniarum, sed non impiarum istarum vixit, quas potius vel nuda recitatione traduxit, ut inde Contzio attestante ejus libri Romæ fuerunt combusti. Sic ex Germanis Erasmus & Cassander, nuper etiam Lipsius & P. Bertius adhuc, nostratiū religioni prius fautores & defensores extitère; nisi quod interdum nimium quantum gratiæ suorum dederint, & ut bonâ se fide à nobis abesse probarēt, in manifesta hinc calumniæ, illinc adulationis crimina prolapsi sint; uti ab omnibus jam, non ab uno tantum Gentili & Sagittario Chamæleontis & Prothei nomina è constantia sua inconstantissima retulerint. Quo pacto etiam noster Parænesi sua ad Sectarios, Romæ haud dubiè expressâ sensum & mentem, quam in Gallia & Anglia tenuit necessariò, & quia in tempestiva hæc tum erat Philosophia, spontè dissimulavit. Id autem num verum & æquum sit, alii, ad quos hæc magis attinent, dicere poterunt.

Quod

Quod  
R  
--  
Ad  
Uti ite  
ties cit  
injuriã  
quona  
semet  
stam &  
ciæ Re  
nidem  
tam ju  
quide  
prehe  
Gallie  
nis scr  
potissi  
lum f  
vel ve  
enim  
tamer  
adver  
cum e  
homi  
maxi  
gratiã  
tis ge  
netra  
hierc  
invo

GENERALIS.

Quod verò postremò Barclaius is dicitur;

*Romam Romano qui docet ore loqui;*

*-- -- Et segnes post tempora longa Quirites*

*Ad veteres scriptis insignibus excitat artes:*

Ulti iterum Quærengus, cujus carmen aliquo-  
 ties citavimus, de autore nostro asseruit: non  
 injuriâ quoque de descriptione ipsius quæritur,  
 quonam Characterè fuerit usus. Ubi quidem  
 semet novi planè scribendi generis Alchimi-  
 stam & Architectonem ad Ludovicum Fran-  
 ciæ Regem profitetur, neque temerè si Arge-  
 nidem respicias, librum ubi integra Politica  
tam jucundè simul & utiliter tractetur: cujus  
 quidem simile in Latinitate vix unquam de-  
 prehenderis. Nam quum præsens Scriptor  
 Gallicus ad Regem Galliaë de rebus Gallica-  
 nis scriberet, Gallicos quoque Scriptores, &  
 potissimum Gorraëi Amadisum vel Theophi-  
 lum suspensâ rerum expectatione imitatus,  
 vel veriùs meliore materia triumphavit. Licet  
 enim ipse autor fabulosa quoque tractet, vera  
tamen sub illis latitare jamdudum est anim-  
adversum. Et profectò quantoperè Mythi-  
 cum ejusmodi dicendi genus omnes oblectet  
 homines, id non tam Rhetores, serietati etiam  
 maximæ apologum aliquem, fastidii levandî  
 gratiâ interspergentes docent; sed antiquita-  
 tis gentilitiæ recessus, & sapientiæ vetustæ pe-  
 netralia tantum nō omnia, illis parabolarum,  
 hieroglyphicorum, emblematum, aliorumve  
 involucrorum supparis recōdita satis superq;

## INTROD. GENERALIS.

confirmant. *Ecquis verò est, qui ignoret quod incredibile quodam modo partem anime imaginantem (superstite quidem D. Heinsio) titillet illud & pertinet?* Quæ ut Philosophi dicunt in similibus semper occupatur; præcipuè cū aliis cogitationib<sup>9</sup> & curis vacat. Ideoq; & pueri apologis, præsertim qui à brutis sumuntur, impensè gaudent; ὄτι κατὰ Φαντασίαν ζῶσιν, ajunt Platonici. In viris autem excitatur pars illa & cum summa voluptate ad ætatis primæ oblectationem revocatur. Quare jure alicubi Horatius ejusmodi fabellas imagines vocavit, utpote objectum illius partis, quæ imaginatur. Eoq; spectant in primis Satyræ, Comædiæ, Tragædiæ, Pantomimi &c. è quibus totus hic noster conflatus est. Quare ad ejusdem lectionem frugiferam rudioribus auctor forem, ut se partim Mythologis quasi requendos aut lustrali velut aqua conspergendos tradant; id quod Edmundus Richerius in suâ Socraticâ animorum obstetrice inculcavit: partim etiam Satyricis Scriptoribus, Petronio & Apuleio, nec non Historicis, Tacito & Salustio aliquid temporis tribuant, unde facile animadvertent, quantum eorum imitatione auctor genus suum dicendi prius floridiusculum ad medium perduxerit. Sed in frontispicio satis: fusius sequenti Belgæ cujuspiam dissertatione, & in altero Euphormionis Prologo informatus in rem præsentem

Lector adducêris.

DIS-





## DISCURSUS

*in*

# JO. BARCLAI ARGENIDEM.

*Ad faciliorem nonnullorum, quæ inibi  
narrantur, intellectum.*

**T**Emerè affirmare de altero  
periculosum est, propter oc-  
cultas hominum voluntates;  
in quorum animis multas esse  
latebras, multos recessus, facilè agno-  
scimus: sunt tamen, qui, cum nihil æ-  
què sibi cordi esse videri velint, quàm  
ut incogniti atque ex abdito fama sui  
perfruantur, noscitari nihilominus, at-  
que in lucem protrahi, quàm maximè  
concupiscant. Notatum id ab antiquis  
in Epicuro aliisque. Meo quidem ju-  
dicio homines istiusmodi omnibus no-  
scendos proponere, si quis aggrediatur,  
vitio id ei verti aut esse fraudi neuti-  
quàm potest: omninò, si præter præ-  
sumtam (ut loqui amamus) volunta-

B

tem

DIS-



## C L A V I S

tem, boni quippiam ex tali facto aut  
 jucundi, aut in publicum utile quod sit,  
 speretur proventurum. Hæc, ut in aliis  
 multis se habere compertum est, ita &  
 in hoc opere viri nunquam satis lau-  
 dandi, Johannis Barclaii, locum quin  
 habeant, nullus dubito. Monent me  
 cum alia multa, tum illud præcipue  
 scribendi genus, quod auctori præ cæ-  
 teris placuisse ferè, quæ scripsit omnia  
 cumulate testantur. Liber adeoq; hic  
 ipse, nihil multis aperti habere visus,  
 quam præfixum frontispicio Barclaii  
 nomen, magno id, quod dicimus, au-  
 ctoramento probat; ea cum primis,  
 quæ ad potentissimum Galliarum re-  
 gem libro præfixa est auctoris epistola.  
 Fidem utraq; fecerint, ad indagandam  
 curate Barclaii mentem, non tam opus  
 esse Delio natatore, quàm eorum, quæ  
 sub involucris fabularum proferuntur,  
 applicatione, quo illa, quæ ad exacte hi-  
 storix fidem cogi nequeunt, applicen-  
 tur iis, quæ verisimiliter adumbrare vo-  
 luisse videri possit. Nec est quod obji-  
 ciat

Ciat q  
 di ap  
 tam  
 rario  
 quo  
 credi  
 aggre  
 de qu  
 claii  
 Fine  
 bri v  
 orbe  
 auct  
 priæ  
 ast h  
 spiri  
 abje  
 moc  
 Saty  
 nar  
 geni  
 sibi  
 nō p  
 inst  
 ro n  
 1014

## IN ARGENIDEM

ciat quispiam, huic ipsi auctori scriben-  
di apologetici necessitatem imposi-  
tam, à quibusdam ausu nimium teme-  
rario locos Euphormionis nonnullos,  
quo similibus sub integumentis velari  
crediderant, enodare atque recludere  
aggressis, nihil id omninò aut nostro,  
de quo agimus instituto, aut ipsius Bar-  
claii proposito consentaneum habet.  
Fines atque argumenta utriusque li-  
bri vide. Satyrici scopus est totum  
orbem insonti violentia (verba sunt  
auctoris) accusare, plus in spem pro-  
priae laudis, quàm ignominiae aliorum.  
Ist hunc librum quaquaversum regii  
spiritus implent, nihil humile; nihil  
abjectum; præclara sunt omnia, sum-  
moque fastigio digna. Est ergò in  
Satyrico omnis generis rerum perso-  
narumque multiplex mistura; in Ar-  
genide verò unicum ac semper idem  
sibi que constans occurrit, regni regisq;  
nò præceptis quàm exemplis efficacior  
institutio. In abdita Satyrici penetratu-  
ro nomina peræquè atque actiones eo-

B 2

rum,

## C L A V I S

rum, quos auctor subinde operi suo argumentum esse voluit, perspecta esse decet; eas autem actiones, quas omnibus latere Barclaium voluisse manifesto constat, digito velut commonstrare, nonne Theonini dentis rabiem longè superet? At in hoc libro nihil tale: non hic anxia scrupulosa opus est investigatione; applicationi duntaxat suus est locus. Ea autem ipsa cum ex annalibus, aut ex iis, quæ privato lucubro viri magni sibi compararunt, deq; suis ac regni rebus ad posteros emanare passi sunt, petenda veniat, nulli, quod quidem ego videre possum, invidia subiacere aut malitiæ meritò suspecta esse potest. Sunt ergò quæ hoc opere continentur omnia trium generum, nempe quædam certa omninò atque indubia, eaq; talia ut authoris mentem planam faciant, atque ad eorum, quæ porrò dicuntur, cognitiones penitiùs inspecturo viam sternant: quædam etiam talia, ut qualiquali descriptione aut circumlocutione res alioquin notatas, quibusq; in exemplum uti amat, leviter

viter

viter tegant: quædam talia ut ex compositione nominum Græca aut Græcobarbaria deprehendantur. Sunt quædam ex adverso prorsus incerta, quædam deniq; inter utrumq; media, quæ, si cum similibus nostri sæculi rebus casibusve comparentur, nec omninò incerta judicari valeant, neque pro certis tamen, ob multijugam istam rerū, personarum, locorum, circumstantiarumq; varietatem, venditari. Certa atque indubia vel in transcurso designasse suffecerit. Incerta pro desperatis habenda. Quæ mediis sunt generis, cōplura sunt: ex his nobiliora quædam atque à vero minus abhorrentia strictim selegisse non pigebit. Inter certa agmen ducat, propositam esse auctori institutionem regis ac regni, sed Gallici potissimum. Huc præcepta spectant, huc exempla atq; ipse consiliorum præceptorumq; modus & ordo, in ea directus vitia, quibus speciatim præq; cæteris obnoxius est regni Gallici status. Adde quod de facili id ipsum quoq; evincant epistola ad regem dedicatoria, & quæ sub Nico-

## C L A V I S

pompi persona auctor de suo instituto  
 evulgat. Siciliae nomine Galliae regnum  
 designari, monstrant illa, quæ de regio-  
 ne ab adverso littore diffusa, ac sæpè Si-  
 ciliae æmula libro tertio dicuntur: An-  
 gliam denotat: fidem facit id, quod di-  
 citur de arcibus omnibus, præter u-  
 nam, everfis: Londinensis ea est, quæ  
 & totius Britanniae armamentarium.  
 Regio sub uno formidanda quondam,  
 nunc segnitie vel patientia imperanti-  
 um, adeò in varios principes lapsa, ut  
 dominio tota exciderit, (de qua libro  
 tertio,) Germania est, auctori Merga-  
 nia. Aquilium, Cæsarem esse; Hippo-  
 philum, Hispaniarum regem; Usinul-  
 cam, Calvinum; Hyperephanios, Cal-  
 vini asseclas, (Gallis *Hugenots*;) quæque  
 cætera ejus sunt generis, notius est,  
 quam ut dici debeat aut moneri. Dere-  
 fici nomine Comes Palatinus venit: est  
 inversio in literis, Dereficus, Federi-  
 cus: tum & fidem fecerit illud in ora-  
 tione Dunalbii, quod pro dapibus, quas  
 in Aquilii mensam ferre oportuit, pœ-  
 nè sustulit & penum & mensam, sunt  
au.

aute  
 feri.  
 nom  
 leho  
 ex w  
 quod  
 quod  
 rit. S  
 tatio  
 fere  
 ctore  
 quac  
 posit  
 henc  
 ges,  
 Anc  
 Gall  
 sci; l  
 gis L  
 colo  
 gum  
 tem  
 cii c  
 nost  
 burr  
 auct  
 urbe

IN ARGENIDEM.

autem Palatini comites imperii Dapi-  
 feri. Peranhylæum ex compositione  
 nominis, Transylvania Principē Beth-  
 lehemum Gaborem denotare, constat  
 ex *πέρα* vel *πέραν*, *ultra, trans*, & *ύλη*, *silva*.  
 quod & firmat id, quod inibi dicitur,  
 quod alterum ex Aquilii regnis ambie-  
 rit. Sed infinitum sit, omnes, qui ex no-  
 tatione nominis agnosci possint, percē-  
 sere: ea per se patent; aut quatenus le-  
 ctorem fugiunt, eo quod non usque-  
 quaq; in hac Græcorum nominum cō-  
 positione felix fuisse Barclaius depre-  
 henditur, satius est omitti. Lydii conju-  
 ges, Conchinum Conchini Marchionē  
 Anchoritanum, cum uxore Eleonora  
 Galligaja denotant. erant patria Thu-  
 sci; hinc Lydii dicuntur, à Thereno re-  
 gis Lydi filio, qui primus in illas oras  
 coloniam deduxit. Alterum par conju-  
 gum ex Phrygia, Sommerstetum comi-  
 tem uxoremq; ipsius notat, ob venefi-  
 cii crimen carceri mancipatos. est ea  
 nostri temporis historia satis nota. Ib-  
 burranes, cardinalis est Barberinus, hæc  
 auctor dum scriberet, Avenionensi in  
 urbe legatus Pontificius: ipse nunc Pon-  
 tificex

C L A V I S

tifex Romanus, Urbanus octavus dictus, argumento est id, quod libro primo, ubi de Ibburrane sermo est, dicitur, non sine præfagio majores suæ stirpis symbolum apes fecisse, ex quibus pro merito ac temporibus nec aculeos nec suavitatem desideres; quo & alludentes quidam, eum rebus Gallicis plus æquo addictum fore suspicati, hoc in vulgus sparsere distichon:

*Mella dabit Francis, Hispanis spicula figet,  
Spicula sed figens & vita & melle carebit.*

Sed quid multis hæc operosè deduco, inversis literis Ibburranes, Barberinus est, quod qui in Derefici & Iburranis nomine videbit concurrere, sciet, & in aliis illud observandum; multaque quæ antea obscura forsitan sunt visa, eo modo explicari, atq; enodari posse considerabit. Per procerum primum in aula Hippophili post exhaustum immensæ potentiaæ cursum ad purpuratum sacerdotium confugientem tanquam ad aram, intelligit Franciscum Gomezium Sanctivallem Lermæ ducem. Is ex mercatore subitò à rege inter magnates  
(Hispa-



IN ARGENIDEM.

(Hispanis *Grandes d' España*) habitus, ad id fastigii se subvectum vidit, ut non nisi cadendo posset descendere; exinde Roderici Calderonis supplicio, quid capiti tuo impenderet, edoctus, de vexa in senium ætate, quo se imminente pænæ subduceret, aula relicta, Romam migravit: à Pontifice mox in Cardinalium adlectus ordinem. Per Cleobulum designari Villaregium, clarè satis ex toto sermonis inter Timonidem & Meleandrum contextu (extat is libro quinto) perspicere est. Quandoquidem verò multotiens utramq; in hoc libro Cleobulus paginam facit, plura curatius nosse, si quis desiderat, sciat, illa tam ex iis, quæ de vita ac moribus Villaregii edidit Petrus Matthæus Historiographus Gallus, quæ ex ipsius Villaregii commentariis, peti posse, quæ singula ex amussim perquirere aut recensere, nec vacat nec instituti est nostri. Atq; hæc de iis, quæ certa sunt atq; indubia, dicta sufficiant. Plura his ipsis attexere facilè poterit, quicumq; auctorem nostrum pensiculatorius legere instituerit. De incertis,

## C L A V I S

quid primum, quid ultimo dicam? imò  
quid omninò? nisi hoc unum, esse ea  
longè plurima. quin & hoc addam, in  
tanto lætorum tristiumq; intercurtu,  
nec aliter fieri potuisse. Videmus, ea  
passim, ac ferè nusquam non, admirabi-  
li artificio misceri. Et sanè, cum id au-  
ctori propositum fuisse, satis appareat,  
ut suspensus nec unquam solido subsi-  
stens lectoris animus, quàm suavissimè  
falleretur; qui perpetua serie cæptæ  
narrationis filum decurrit; necesse fuit,  
ex impossibili multa illum trahere, quã  
tamen fieri possit maxima possibilium  
veròq; similium cum his ipsis conjun-  
ctione, quo ne tenue mendacium, & ad  
primum obtutum pellucens fastidium  
legenti oggerat, & nauseam, vel ab ipso  
statim initio. His ergò omissis partim,  
partim reservatis, superat, ut videamus,  
quænam sint illa, quæ generis medii esse  
diximus, in confinio veri ac falsi, certi  
ac minus certi constituto. Iterato di-  
ctum est, propositum Barclaiio fuisse,  
hoc libello adornare regis regniq; in-  
stitutionem, exemplis præceptisq; no-  
bilem.

IN ARGENIDEM.

bilem. Præcepta dictum est ad Gallici regni statum collimare; de exemplis despiciendum. Si præfixam libro epistolam, si, cujus jam ante facta mentio, Nicopompi consilium inspiciamus, evidens est, & exempla maximam partem, ne dicam omnia, ex ipso potissimum Gallia regno deprompta. Si & orationem Cleobuli ad Meleandrum, ubi de premeendis rebellibus ait, attendimus, facile quivis deprehendat, propositum auctori fuisse, exemplis uti recentibus. Sed penitus inspiciendi scrupulum moveat, quod, cum præcepta regem ipsum partim spectent, monstratura scilicet ecquis firmandæ auctoritati regis modus sit optimus; partim circa regni ipsius conservationem versentur; cumque exempla principem maximè præceptorum partem respiciant, ea autem pars potissimum ob oculos ponat, quid Principum segnitie peccarit, quid audacia; scrupulum, inquam, moveat, quænam illa sint exempla, tam recentia, & à turbis sub te (Meleandro nempe) & patre tuo (verba sunt Cleobuli d. l.) petita.

si ea

## C L A V I S

si ea quæ sub regibus, Francisco secun-  
 do, Carolo nono, Henrico tertio, præ-  
 cipuè stante sacro fœdere (*Gallis la sain-  
 te Ligue*,) in Gallia accidère, cum iis  
 componere instituamus, multa non  
 desiteor inter se convenientissima in-  
 venerimus, sed nec pauciora quæ dis-  
 crepent. Quid verbis opus? Ipse fate-  
 tur auctor, tam erraturum qui omnia,  
 quàm qui nihil ad historiæ veritatem  
 sit exacturus hanc narrationem. Exem-  
 plis res fiet clarior. Age, videamus, quis  
 Meleander, Argenis, Poliarchus, Ar-  
 chombrotus, Radirobanes, Hyanisbe,  
 Timandra, Britomandes, Aneroestus,  
 totidem reges, reginæ, regum liberi.  
 Quæ præcipuorum hujus libri nomi-  
 num circumfertur explicatio, Melean-  
 dri nomen Henrico tertio assignat; id-  
 que, quantum quidem multa fidem fa-  
 ciunt, non omninò malè; sed cui tamen  
 dissonum sit illud, quod dicitur, sub in-  
 itio imperii Meleandro cuncta fuisse  
 pacata; cum ex adverso tota Neustria,  
 ager Delphinas, & Vivariensis, seu Ve-  
 launus, aliq; Galliæ tractus, bello fla-  
 grarent

## IN ARGENIDEM.

grarent intestino; pax sequestra in Pi-  
 ctionibus agrè coalesceret, mox ipsa a-  
 riori bello mutata; quin & regem sub  
 primum è Sarmatia in Galliam adven-  
 tum in subditos suos bellum constat  
 decrevisse. Britomandæ nulla hacten-  
 nus, quod vidi, persona assignatur; cu-  
 jus tamen indolem, ac regni sub ipso  
 rege fortunam, descriptam qui videt,  
 omninò eandem illam esse, quæ Mele-  
 andri, facilè agnoscet. Quod me moveret,  
 ut credam, tam Meleandri, quàm Bri-  
 tomandæ nomine regem proponi, ar-  
 duis regni negotiis imparem, nec tam  
 faciendo, quàm tolerando injurias no-  
 xium, atque omnium consensu, nisi im-  
 perasset, imperii capacem. Sed nec abs-  
 re futurum est, ubi ad exemplorum ap-  
 plicationem erit deventum, in Mele-  
 andro Henrici tertii nomen servasse.  
 In Argenide regni Gallici statum ad-  
 umbrari quidam putant. Sed nec hoc  
 usquequaque processerit, ut ex historia  
 istorum temporum lectione satis ap-  
 paret. Utiq; regnum Galliæ à statu re-  
 gni Gallici discindere atque separare  
 nihil

## C L A V I S

nihil attinet. Tam quoq; si Poliarchi nomine Henricus quartus Franciæ rex veniat, si sub Archombroti nomine designetur idem ille Henricus, quæ quorundam est opinio, Bearnani etiam nū princeps; unde illi corrivales, & eandem Argenidem depereunt? quam nec possidere simul & ab ea amari, nec ambire simul eiq; exosum esse, promtum non est uni eidemq; homini. Satius videtur, si deficientem in Meleandro Valesiorum stirpem Argenis notet: aut etiam alterum ab rege locum, eodem tempore à tribus æmulis, Navarro, Allenfionio, & Guisio, callide petitum, singulisq; eorum, qua à rege, qua à regina, promissum, quo tamen nemo ex illis potitus; unde larga inter illos odiorum enata seges. quam posteriorem conjecturam, non leviter Annalium fides corroborare mihi semper visa est. Poliarcho & Archombroto si ea, quæ diximus, attribuenda sit persona, tot absurda, ἀσύνετα, & prorsus nihil ad rem pertinentia, se oggerent passim toto hoc libro, ut nec finē nec modum

CO-

## IN ARGENIDEM.

eorum reperire in proclivi sit, quale est illud, ut alia omittam omnia, quod in ipso limine libri de vocato à Timoclea in auxilium Poliarchi Archombroto dicitur, deq; arcta illa animorum conjunctione, quæ ex illorum colloquio mutuoque aspectu enata proponitur. Existimem, in Poliarcho acrem, strenuum, cordatumq; regem exhiberi, grata virtutum regiarum heroicarumq; Henrici quarti recordatione; quæ & ipsæ, quantisper ille regi Franciæ subditus fuit, quàm spem facerent, quantumq; enitescerent, in Archombroto describitur, quem nascendi forte ad regalem purpuram subvectum volūtas animiq; motus Meleandro ad tempus subiecisse proponitur. Radirobanem esse Hispaniæ regem volunt; idne per omnia ejus personæ conveniat ambigo, sed, cū non detur cuncta in hoc scripto ad historicā fidē cogere, haud gravatim crediderim in animo fuisse auctori per Radirobanem Hispaniarum regem denotare. in quo pulchrè quamplurima conspirare video. Qualia sunt auxilia Meleandro  
lata.

C L A V I S

lata. Quo mihi illæ designari videntur  
 literæ, quæ anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LIX ad Franci-  
 scum Galliarum regem Philippus Hi-  
 spaniarum rex dedit; quibus sororii  
 sui res sibi perinde ac suas commenda-  
 tas esse, ejusq; regni tutelam propenso  
 animo suscipere, & adversus eos, qui re-  
 gi parere detrectarent, opes, arma, ac  
 potentiam omnem expedire, paratum  
 se testatur, ita ut se acerrimum regis  
 majestatis vindicem, & severum teme-  
 ritatis ac audaciæ illorum castigatorem  
 sint experturi. Proditæ Radirobani Ar-  
 genis in Selenissa, quid aliud, quam Re-  
 ginæ matris Philippi nomine atq; au-  
 toritate suam communire volentis, no-  
 xia nec ferenda Gallicæ genti consilia  
 notat? Certè, Meleandri cum Radiro-  
 bane inimiciæ manifesto ea tangunt,  
 quæ turbando, inque partes scindendo  
 invadendoq; Galliæ regno per admini-  
 stros suos Philippum, stâte sacro fœde-  
 re, cujus pars potior, imò spiritus propè  
 vitalis erat, fecisse constat. Debellatus  
 Radirobanes in Africa, Hyanisbes re-  
 gnum invadere cum vellet, notabilem  
 stra-

strag  
 niæ  
 tâq;  
 gnu  
 desig  
 bus  
 con  
 myr  
 ter  
 fudo  
 Hya  
 Her  
 ci qu  
 fed  
 & sa  
 Pol  
 tius  
 Tin  
 Her  
 tan  
 Bri  
 me  
 Her  
 ide  
 der  
 fed



IN ARGENIDEM.

stragem stupendæ portentosæq; Hispaniæ classis denotat, qua dissipatâ perditâq; nihil postmodum atrox, aut magnum nec adversum Gallos Anglosve designare sustinuit, sed infractus viribus recolligere sese, & ad pacem totus converti cæpit, insuper habitis tot auri myriadibus, quas ad committendos inter se Gallos in eum diem frustra profuderat. Ex iis quoque videre est, per Hyanisben non reginam Margaridem, Henrici tertii sororem, uxorem Henrici quarti, & ab eo repudiatam, intelligi, sed Elisabetham Angliæ reginam. quod & satis evincit pronus ille Hyanisbes in Poliarchum favor, aliaq; multa, quæ latius in lectione hujus libri occurrunt. Timandram si quis Janam Albretiam, Henrici quarti matrem dixerit, forsitan non erraverit. Fidem facit, quòd Britomandæ filio nupta dicitur, cui nomen & ipsi Britomandes, pater nempe Henrici quarti Antonius Borbonius, idem quoq; Antonii filius. Similiter fidem facit, quòd non in aula materna, sed apud agrestes, atq; in agris educatus

C

fertur.

CLAVIS

fertur. Ut & illud Timandrae votum, ut  
 crescat, avo quam patri similior, nempe  
 avo materno Henrico Albretio, qui  
 mollitiem filia generoq; in educando  
 filio exprobrans, eum in aspero ac con-  
 fragoso Bearnani agri tractu duriter  
 parceq; educavit, capite ac pedibus nu-  
 dis per medias nives incedere, famem,  
 sitimq;, æstatem atq; hiemem juxta fer-  
 re, à teneris edocuit; inde corpus illi  
 vegetum duratumq;, & nullis laboribus  
 edomabile contigit, Deo, ut videtur,  
 jam tunc hunc Principem sibi astruen-  
 te, immanibus periculis superandis im-  
 mensisq; exantlandis laboribus parem,  
 imò superiorem semper. Ea quæ porro  
 de raptu Astioristæ, veneficio Cōmin-  
 dorigis, aliisq; id genus, narrantur, ficta  
 credibile est esse, ei, quæ dixi, fini, nem-  
 pe implendo vanis terroribus lectoris  
 animo, quem noster auctor, dum ire  
 per extensum funem posse videtur, mo-  
 do Thebis miserum, modo ponit Athe-  
 nis. Nisi forsitan, quæ de Astioristæ ra-  
 ptu dicuntur, eo respiciant, quæ men-  
 se Septembri anno clo lxxviii lite-  
 ris

IN ARGENIDEM.

ris ad regem Bergeraco datis, conque-  
 sta est Navarre regina, Cardinali Lotha-  
 ringo propositum fuisse filium suum  
 maternis è complexibus abripere. Aut  
 quod paulò antè, Navarrenæ reginæ  
 discessu detectum fuisse narratur Ne-  
 morosii ducis consilium, ducem Aure-  
 lianensem in Lotharingiam abducen-  
 di; quâ quidem de causa Nemorosius  
 fuga salutis suæ consuluisse, nec ante re-  
 versus fertur, quàm accensis undecum-  
 que ac flagrantibus civilibus bellis. In-  
 quibus, cum laborare Annalium fides  
 videatur, aut potius silentio rem totam  
 involvere velle, neq; nobis certi qui-  
 piam compertum esse potest. In Ane-  
 roesto rege, ejusq; historia, crediderim,  
 per varias ambages adumbrari, ut Hen-  
 ricus ab avita paternaq; religione pri-  
 mitus ad Romanam secesserit, utq; sui  
 exinde juris factus ad reformatâ postli-  
 minio sit reversus, utq; denique refor-  
 mata religione ejurata, catholicæ se to-  
 tû emanciparit, potitus nimirû amplif-  
 simo Gallix regno; quo factò, ab excõ-  
 municatione, cujus fulmen in caput

## C L A V I S

ipsius, juxta ac Condæi Principis, Sixtus  
 Quintus anno clō Io Lxxxv vibraverat,  
 liberari, in gremium ecclesiæ recipi,  
 Christianissimi nomine ac primi eccle-  
 siæ filii decorari, & benedictionem a-  
 postolicam à Clemente Octavo (qui  
 fortean in hac scæna Anerœstus) acci-  
 pere promeruit. Hæc sunt, quæ circa  
 regales personas certa incertaq; viden-  
 tur. De cæteris idem est judicium, sive  
 principes illi fuerint, sive principum,  
 aselectæ aut ministri. Et quidem primò  
 Lycogenem quod attinet, non unam in  
 hac orchestra personam videtur susti-  
 nere. Fateor, quod libro primo Lycoge-  
 nes describitur priscis regibus, suæ gen-  
 tis authoribus, ferox satis; apertè tan-  
 gere ducem Guisæ, vel regnante Hen-  
 rico secundo indignari ausum, à Cape-  
 to ereptū posteris Caroli Magni Fran-  
 ciæ regnum, à quibus stirpem suam ipse  
 ducat. Sed tam varia tamq; multiplicia  
 occurrunt, quæ manifesto evincant, ea,  
 quæ de Lycogene prædicantur, in so-  
 lum Guisæ ducem cadere non posse, ut  
 vero similis fiat, in Lycogene rotam  
Lotha-

IN ARGENIDEM.

Sixtus  
 verat,  
 ecipi,  
 eccle-  
 em a-  
 (qui  
 ) acci-  
 circa  
 viden-  
 m, sive  
 ipum  
 primò  
 am in  
 susti-  
 coge-  
 e gen-  
 è tan-  
 Hen-  
 Cape-  
 Fran-  
 n ipse  
 plicia  
 nt, ea,  
 in fo-  
 sse, ut  
 otam  
 otha-

Lotharingicam familiam ejusq; moli-  
 mina denotari ; cum & tota illa gens  
 Caroli Magni ( quo jure, monstratum,  
 sæpius) posteros stirpis suæ auctores ja-  
 ctitet; cumq;, ut ut suam quisq; priva-  
 tim in consilio fortunam adhibuerit, in  
 eo omnes convenerint, ut, deficiente,  
 Valesiorum stirpe, Borbonia gente à  
 regni successione exclusa, auctoritatem  
 suam, aut nominis imperiiq; magnitu-  
 dinem, non sartam modo tectamq; tu-  
 eri, sed & in futurū stabilire firmareq;,  
 & de die in diem ulterius promovere  
 possent; ac, verbo ut absolvam, eo rem  
 deducere, ut neq; parem propter se, ne-  
 que superiorem suprà se, quempiam a-  
 gnoscere cogerentur, enixissimè cupie-  
 bant. Ergò quæ passim occurrunt Me-  
 nocriti, Eristhenis, Oloodemi, Acego-  
 ræ, Anaximandri, cæterorumq; nomi-  
 na, Lotharingiæ ducem, Guisium, Vau-  
 dimontii comitem, Retii Mareschal-  
 lum, Mainium Chaligneci comitem,  
 Elbovii ducem, Ginuillæ principem, ac  
 Pontanum marchionem, designave-  
 rint. In singulos ex iis, quæ dicta sint di-

C L A V I S

rectaꝫ; ubi ad examinandas discutien-  
dasꝫ; factorum circumstantias perven-  
tum fuerit, erit fortasse despiciendi lo-  
cus. Commindorigem, Allobrogum  
ducem referre, quædam faciunt, ut cre-  
dam, quædam in diversum trahunt. Ut  
ut est, accessit ipse trophæis magni  
Henrici, quando pedibus centauri cal-  
catum diadema regium O P O R T U N E  
vana indignaꝫ; Gallico nomini jacta-  
tione præ se tulerat. Eundem ille Cen-  
taurum O P O R T U N I U S sub Hercu-  
lea clava ingemuisse, & vidit & indoluit.  
Altumque suppresso luctu, multum vi-  
ctori sese debere, profiteri coactus est;  
quod, sua contentus recuperare, nihil  
præter injuriæ licentiam victo debella-  
toꝫ;, & tantum non perditio eripuisset.  
Cætera, quæ supersunt nomina, Gela-  
nori, Arsidæ, Eurimedis, Gobryæ, Pra-  
xete, Antenorii, Timonidis, aliorumꝫ;:  
Turenii marchionem, exinde ducem  
Bullonium, Bironii Mareschallum, Har-  
læum Sanciaci, domum Albigniacam,  
aliosꝫ;, quos in utraque fortuna, maxi-  
meꝫ; quo tempore bello debitum sibi  
re-

IN ARGENIDEM.

regnū afferere vindicareq; cogebatur, Henricus magnus fidissimos expertus est, demonstrare putem. quā in rem multa suppetunt argumenta, quæ per- censere operosum nimis fuerit; ea ta- men nosse sicui libido est, passim tam in Albigniaci historia, quā Villaregii commētariis inueniat. Atq; hæc quoq; de personarum nominibus obiter mō- strasse sufficiat. Superest ut & ea brevi- ter inspiciamus, quæ ex factis rerumq; circumstātiis sunt nobiliora, & ad regni Gallici statum resq; in isto regno gestas respicere, & ad illas applicari posse vidē- tur. Monui aliquoties, authorē non sub historiae religione narrationē hanc in- stituisse, de qua tantū ipse prædicat; tam erraturum, qui omnia in hac scri- ptione, quā qui nihil ad gestarum re- rum veritatem sit exacturus. Indubium ergo esto, etiā in una eademq; persona nō unā neq; ejusdē temporis historiam multoties occurrere; idq; propter nec statim pro malè applicito haberi posse, simulatq; quippiā oblatum fuerit diver- si, & ab eo, de quo narratur alieni, modo

tamen major meliorq; pars, non omnino malè cohæreat. Potissima eorum, quæ ad historiæ veritatem instituta sint, ea esse existimem, quæ de Meleandro & Lycogene, de Poliarcho, Radirobane, & Archombroto narrantur. In Meleandro (cujus sub nomine Henricum tertium designari, supra à me dictum est) inter cætera id notandum est, eam indolem, quam Meleandro attribuit Barclaius, & ab omnibus historicis, qui de rebus Gallicis scripsere, Henrico tertio attribui: Ut & ea, quæ de Lycogene prædicantur, pulchrè & examulsi omnia in Guisium quadrare, ægreq; admodum, quid ab eo diversi in annalium monumentis reperiri. Inter res ab utroq; gestas, ad eas potissimum collimare auctorem, facilè videre est, quæ ab excessu Caroli noni evenere, iis omissis aut leviter commonstratis, quæ ad Francisci Caroliq; tempora referri possent; ita uti nec ea tangat, quæ ab Henrico tertio gesta sunt, cum Andii ducis aut regii fratris noscendus agnomine, fraternis sub auspiciis bellum gereret.



IN ARGENIDEM.

reret. Quæ de remissione animi ac mol-  
 litie regis Meleandri dicuntur, gemina  
 sunt, nempe, quibus ipse in voluptates  
 profusus, plus æquo masculam sibi met  
 ipsi virtutem, quàm Jarnacensi Bassace-  
 no & Montconturiano præliis testatam  
 fecerat, expectoravit. simulque & hoc,  
 (in quo peccatum largius,) quod nullas  
 consilio ferè sortitus amicitias, impetu  
 eas excoluerit, & immodicis largitioni-  
 bus; quod quin in ipsum insurgendi  
 principem causam dederit, vix est du-  
 bium. Erat ea Espernonii, aliorumque,  
 quos arctiore rex complexus videbatur  
 favore, animi impotentia fastusque, ut  
 omnibus graves essent invisique. hinc  
 furdæ primum voces querelæque populi  
 enatæ. Accessere graviores aliæ, nec ul-  
 tra tacitæ, virorum principum ac ma-  
 gnatium, qui de suo decedere, quod  
 tum cumulatè novis istis hominibus  
 accederet, satis habebant perspectum.  
 Ex querelis mox aversus à Rege animus:  
 inde odium ac contemptus: denique il-  
 lius, quem aliorum lubricinibus obno-  
 xium, ac regi proinde, quàm regere a-

C L A V I S

ptiorem animadverterent, & inultè despici posse indies addiscerent, ortum duxere. Ipse igitur, dum miserè ærarium exhaurit, pecuniasq; publicis usibus destinatas in nescio quæ ludicra nullo delectu profundit, non suis modo, suorumq; infimis, sed & exteris, despiciatui esse cæpit. Helvetii (gens rudis, & sicum ficum, scapham scapham appellare solita) debita sibi stipendia annumerari, cum postularent, atq; à quæstore regio nihil aliud referrent, quàm exhaustum esse ærarium, nec pecuniam ad manum suppeterere, regeisse dicuntur, difficile ad fidem esse, regi, tam immensas opes in luxum, & nocturnas choreas indies impendenti, pecuniam deesse, unde ad regni regisq; tutelam conscripti milites justa consequerentur stipendia. Ob hæc atq; his similia factum, ut Espernonius, cum suis, animadverso communi omnium odio, seriò ad animũ revocare instituerit, quàm non sit firua potentia, non sua vi nixa. Præfecturas igitur ipse, arceisq; communiendi sese munimenta, à rege exambire; Rex contra nihil

IN ARGENIDEM.

hil negare iis; adeoq; , quos à consiliis habebat, nimios in Espernonium favores ipsi ob oculos ponentibus, regere, stare sibi sententiam, ad id fastigii Espernonium subvehere, ut, si vel ipse postmodum, quàm maximè vellet, ita subvectum deprimere, magnitudinēve illius quovis modo accidere, ne id quidem ipse posset. Tam pertinax ille regis in novos homines favor, genti Lotharingicæ nova moliendi, inq; spes, quas jam tum ab accessu Francisci I. malè cōceptas vario exinde successu fovebant, assurgēdi denuò occasionem præbuit. Franciscus II. decimo & sexto ætatis anno, Carolus IX. undecimo, regni Gallici sceptris fuerant admoti. hinc illis cōspecta in pueris regibus ætas, primum ad sese extollendos incitamentū. Caroli exinde regnum plurimum exosum; Alençonii ea animi impotentia, ut nec insigniter benè malève designare posset quippiam; reginæ matris ve cordia & effrænis ambitio; Principum (quos sanguinis vocant) inter se dissidia in causa religionis. quorum & ipsi minores quamplurimi, nemo omnium

fatis firmis enixus statum inibus, latum  
 aperuere campum, agrè diu multumq;  
 pressa consilia in publicum promendi  
 exequendiq;. Sed nihil adeò illorum  
 cœpta promovit, quàm fatalis illa atq;  
 insuperabilis animi mollities regis  
 Henrici; cujus nomine Meleandrum  
 suum Barclaius inculpat. Illum ergò  
 certatim Guisii eorumq; asseclæ Sarda-  
 napalum appellare, revocata Chilperi-  
 ci, ob ignaviam regno pulsi populo me-  
 moria. Eum ob segnitiam animiq; vel  
 infrà sexum fæmineum, depressi torpo-  
 rem, gravis ac tot negotiis molesti re-  
 gii nominis mensuram implere non  
 posse. Vel Carolum regem, ipso cum  
 mortalitatem poneret momento, hoc  
 quoq; nomine gavisum, quod nulla re-  
 licta prole decederet: virum requirere  
 regnum Galliæ tot motibus jam con-  
 cussum, atq; à strenuo homine excitan-  
 dum. Hinc famosi libelli passim in vul-  
 gus sparsi, atroces in regem, cujus no-  
 mini insignibusq; propalam illufum; in-  
 tantum, ut cum Henricus pro insigni-  
 bus, quo Gallico scepro, & Polonia re-  
 gnum

IN ARGËNIDEM.

gnum accessisse indicaret, duabus uteretur coronis, cum hac epigraphe, MANET ALTERA COELO, malè feriati homines pro *cælo* CLAUSTRO reposuerint. Ipsa adeoq; Aumaliæ ducissa, Guisii soror, eo vecordiæ prolapsa est, ut, esse sibi novaculam radendę concinnandęq; in monachalem coronam regis cæsariei, esse manus isti operi non inidoneas, multis inaudientibus, dicere non erubuerit. Evilerat apud omnes auctoritas regis, ex asse in Guisios domumq; Lotharingicam translata. quod & ipsum facilitati regię imputandum erat. Guisiis quippè, dum facundè regni fortunam apud populum miserantur, & sperni sese præteriri que conqueruntur, leniendæ invidiæ, & ne omnia novis, quos, ut dixi, propiore benevolentia prosequeretur, hominibus elargiri videretur, rex multo maxima jam contulerat. Guisius magni Franciæ magistri dignitatem obibat, & Cathalaunico tractui à rege præfectus erat: Mercurius Armorico, Maynius Narbonensi, Elbovius Pictonibus; omnes denique

## C L A V I S

niq; ex illa gente & toti provinciæ, aut  
 urbibus aliquot insignioribus, erāt præ-  
 positi. Quin nec inter hos limites re-  
 stricta conclusaq; mansit regia in ipsos  
 liberalitas. Guisio nempè in exercitus  
 omnes primum à rege imperium, sup-  
 presso Comitibus stabuli nomine ac titu-  
 lo, cujus tamē in ipsum potestas aucto-  
 ritasq; tota, concesserat. Maynio exer-  
 citus datus, in Galloliguriam ac Narbo-  
 nensem agrum deducendus; additis in-  
 super promissis, secretis illis ac manu  
 regia firmatis, neminem ad ullā omni-  
 nò dignitateui functionemq; iis in lo-  
 cis, quorum præfectura Maynio deman-  
 data erat, ab rege promotū iri, qui May-  
 nio displiceret, quemq; non adeò ipse  
 Maynius speciatim regi commēdasset.  
 Nemorosio Galliæ Lugdunensis obtigit  
 præfectura. Pinaco Lugdunensium ar-  
 chiepiscopo, purpurei galeri Roma pe-  
 titus honos, ac regni sigillorum oblata  
 custodia. Unde apparet, quàm verè à  
 Barclaiō Oloodemus, Menocritus, alii-  
 que, provinciarum dicantur rectores;  
 ut & hoc, quod Eristheni summam æra-

rii

IN ARGENIDEM.

rii Meleandrum contulisse dicit. Certū est, bellis sub Carolo civilibus & Guisii, exprobratum ab adversa parte, XL jam annos integros summam penes eos fuisse ærarii, nec ullam unquā administrationis ab ipsis redditam rationem. Sed nec minus certum, Guisios, splendore ducentis ad se cuncta pecuniæ illectos, in ea retinēda admodum semper fuisse studiosos, nec alios unquā, quàm ex illa gente homines, aut ab illa gente qui dependerent, ærario admotos. Simul etiam apparet, quàm cordata neq; minus vera sit illa Cleobuli de vitiis regis regniq; deq; reformando regni statu ad Meleandrum oratio: & ex his, quæ dixi, eorumque similibus, facile videre est, quo spectet pars illa prior, quam auctori propositā esse monuimus, demonstrandi nempe, quid regum peccaverit indulgentia. Reliquum est, ut & de audacia nonnulla videamus; quandoquidem & illa non exiguum est hujus narrationis argumentum. Quibus artibus suppressa dicitur à Lycogene Meleandri auctoritas, ea commodè, si non omnia, fal-

fal-

## C L A V I S

saltem complurima, ad Guisios gen-  
 temq; Lotharingicam, eaq; quæ in Hen-  
 ricum tertium designare ausi sunt, fa-  
 cilè quivis referet. Operæ pretium erit  
 nonnulla ex his attigisse. Duo potissi-  
 mum sunt in Guisio, partibusq; Guisia-  
 nis, quas sub nomine Lycogenis adum-  
 bratas diximus, consideranda. Nimi-  
 rum, ea quæ à majoribus derivata, &  
 tanquam de manu in manum tradita  
 habebat; simulque alia illa, quæ ex se-  
 metipso (quandoquidem & summis ra-  
 risq; virtutibus insignis fuisse dicitur)  
 nec aliunde petenda, in omnes occasio-  
 nes probè excolere atq; exornare no-  
 verat, summus simulandi & oggerentes  
 sese occasiones arripiendi artifex. Pro-  
 ponit Lycogenem Barclaius priscis fe-  
 rocem regibus suæ gentis auctoribus,  
 atq; ex eo nunquam secundi gradus sa-  
 tis patientem. Jam & ante common-  
 stratum, gentem Lotharingicam pro  
 Caroli Magni posteris haberi velle.  
 Hoc ergo ipsis fundamentum maximū,  
 quo subnixi, rebus jam antea artificiosè  
 turbatis, & ad mutationem spectanti-  
 bus,

bus  
 scri  
 tem  
 reg  
 ipsa  
 aut  
 cor  
 diff  
 to n  
 tem  
 tam  
 reli  
 dis  
 per  
 tria  
 di:  
 per  
 pro  
 sa p  
 & f  
 per  
 ge  
 te  
 lur  
 co  
 na



IN ARGENIDEM.

s gen-  
n Hen-  
nt, fa-  
merit  
otiffi-  
guisia-  
adum-  
Nimi-  
ata, &  
radita  
e ex se-  
mis ra-  
icitur)  
ccasio-  
re no-  
rentes  
x. Pro-  
fcis fe-  
ribus,  
dus fa-  
nmon-  
m pro  
velle.  
aximū,  
ificiosē  
ctanti-  
bus,

bus, ad Papam sacrumq; consistorium scribere instituerunt, Valesiorum gentem, quæ per Hugonis Capeti scelera regno adrepserit, jamjam deficere; eam ipsam non alios ferè principes, quam, aut hebetes socordesq;, aut hæreticos eorumq; fautores, orbi Christiano dedisse. Posterò Caroli Magni debito non modo sceptro excidisse, sed contemni præ reliquis ac viles haberi; cum tamen illi nec ad tuendam majorum religionem zelo, quem omnibus modis vel præsentaneo vitæ fortunarumq; periculo probare parati sint, nec in patriam fide, nulli mortalium sint secundi: eaq; propter sperare sese atq; enixè petere, ut quæ servandæ, stabiliendæ, propagandæq; majorum religionis causa paraturi sint, prono favore Pontifex & sacer ordo prosequantur. Hoc modo pertracto in partes suas pontifice ac rege Hispaniarum, insuper id unicè agente ne quietus rerum in Gallia status bellum in regna sibi subjecta derivaret; commodum Guisiis accidit, quod, alienatis omnium à rege studiis, iis, qui habentur

bentur catholici, injectum viderent  
 conscientia vinculum, vel per se ad ea  
 que moliantur felici eventu terminan-  
 da suffecturum nihil enim prius catho-  
 licis fore, quam adversum hæreticos &  
 avitæ religionis perturbatores arma  
 expedientes sequi tutariq;. Unum ob-  
 stabat, quòd Rex ipse nō hæreticos mo-  
 do canē pejus & angue oderat, sed &  
 ipse vel ad superstitionem esset reli-  
 giosus. Scena ergo mutanda fuit, & quæ  
 directè in regem intendi machina non  
 poterat, obliquè dirigenda. Petitur er-  
 gò per Poliarchi latus Meleander, pe-  
 jora quam quæ vel timeri poterant in  
 hoc aspellendo experturus. Rex ipse re-  
 ligiosissimus cum esset, danda erat ope-  
 ra, ut ne quid ab ejus excessu majorum  
 religio detrimenti caperet. Arcendus  
 ergò à regni Gallici scepro erat rex  
 Navarræ, eiq; communi Ordinū regni  
 decreto sufficiens alter, qui à Catho-  
 licorum staret partibus. Talem Borbo-  
 ni nullum habebant, præter unū Car-  
 dinalem Borbonium, jam capularem &  
 ætate confectū. Hunc ipsum regi ætate  
 vegeto, nec desperata reginæ facundi-

tate  
 rico  
 mul  
 par  
 ligit  
 vita  
 stir  
 mu  
 ma  
 inn  
 reg  
 filia  
 riar  
 unc  
 me  
 scel  
 cess  
 ne  
 nec  
 reg  
 nu  
 foc  
 est  
 sed  
 leg  
 ip  
 -13

IN ARGENIDEM.

tate successorē designare, omnibus me-  
 rito ridiculum videbatur: diu tamen  
 multumq; Guisiorum id foederatorūq;  
 parti obtentui sumtum, ne specioso re-  
 ligionis prætexitui usquam deessent. Eo  
 vita functo, nullus extincta Valefiorum  
 stirpe potior videri poterat, quam do-  
 mus Lotharingica, Carolovigniis per  
 masculos idq; linea recta descendentes  
 innexa. Illud ipsum etsi piaculare erat,  
 rege vivo ac vidente de successore con-  
 silia capere, & si vetera recentiaq; histo-  
 riarum monumenta respicimus, nulli  
 unquā impunē cæptum: præclarus ta-  
 men ille religionis obtextus ex nefasto  
 sceleratoq; piū justumq; reddidit. Ac-  
 cessit armorum pro defēfanda religio-  
 ne (si diis placet) sumēdorum imposita  
 necessitas. Sed cum primis illa Henrici  
 regis animi demissio ac mollities. Susti-  
 nuit nimirū ille, quo furiosē infrunitēq;  
 foederatorū lubidini faceret satis. Passus  
 est, non modo successorē sibi designari,  
 sed & illum, quē nascendi fors regniq;  
 leges ad imperium vocabant, excludi;  
 ipsumq; hæreticū relapsū excommu-  
 nica-

CLAVIS

nicatumq; damnari, & à successione in regnum excludi, Aquitaniæ præfectura spoliari, ac breviter ad ulla omninò ob-eunda munia dignitatesq; incapacem, atq; inidoneum declarari. Id communi ecclesiastici ordinis ita sancitum firmatumq; decreto, Ebuodinensis, ac Vocatenensis, Episcopi, cum Abbate Citaristensi, ad deputatos nobilium, ac tertie, ut vocant, partis, retulere. Tria itaq; hinc videre est Guisiorum consilia: aut Regni, Valesis emortuis, ad Caroli magni posteros, id est, ad gentem Lotharingicam, postliminò deducendi; aut per ignaviam regis se suosq; firmandi, ut bellorum pacisq;, ac totius adeò regni moderatores & arbitri, quas à nemine leges accipere velint, omninò præscribant; aut denique secluso ejectoq; Navarrae rege, si totum regnum occupare sibiq; servare nequeant, partem quàm possint maximam sibi afferendi. Postremi specimen instituti in Lugdunensi provinciâ Nemorosius edidit, irrito licet conatu; in Armorico Mercurius; Maynius in Pheris; Galliaè Bel-

Belg  
ac A  
bes,  
niò  
cesso  
lean  
moo  
veri  
anir  
que  
tute  
Gui  
nam  
prin  
vio  
con  
cen  
tate  
infa  
giG  
cun  
abo  
stra  
nih  
to,  
re c  
oil

IN ARGENIDEM.

Belgicae id oppidum;) Hispano juxta  
 ac Allobrogi tentata Massilia, aliaeq; ur-  
 bes, quae tractatu Verbinensi postlimi-  
 niò ad regem regnumq; Francicum ac-  
 cessere. Vim, insidias, cuniculos in Me-  
 leandrum non uno in loco, nec uno  
 modo auctor noster explicat; utq; cre-  
 verint indies, & ab ipsis sceleribus vireis  
 animosq; desumserint, docet, quoad us-  
 que Meleander alienis vitiis ad suas vir-  
 tutes coactus fuit. Eo ventum erat, ut  
 Guisii, cum tamen ipsis nihil praeter u-  
 nam obsequii gloriam superaret, nullis  
 principis sui auspiciis, nullo jussu pra-  
 vio, cum peregrinis exterisq; sociare  
 consilia, foedera in caput regis inire, pa-  
 cem publicis edictis sancitam auctori-  
 tate propria infringere, aliaq; id genus  
 infanda, nec ulli omninò, ne dicam re-  
 gi Gallorum, toleranda, moliri ausi sint.  
 cumq; ad omnia perpetua oblivione  
 abolenda paratum sese fore demon-  
 strasset rex clementissimus, perrexere  
 nihilominus ipsi in damnato proposi-  
 to, nec à malè feriatas coeptibus remise-  
 re quippiam; quoad usque, disruptis al-

one in  
 ectura  
 nò ob-  
 acem  
 muni  
 firma-  
 ac Vo-  
 Citari-  
 tertie,  
 ia itaq;  
 ia: aut  
 oli ma-  
 Lotha-  
 di; aut  
 nandi,  
 deò re-  
 s à ne-  
 mninò  
 so eje-  
 gnum  
 t, par-  
 bi affe-  
 tituti in  
 osius e-  
 norico  
 Gallia  
 Bel-

tā nimium nimisq; diuturnæ patientiæ  
 retinaculis, Henricus tertius ultore fer-  
 ro spes eorum improbas nimiumq; se-  
 protollentes, vel sub ipso Ordinum re-  
 gni aspectu intercidit evertitq;. Huc  
 spectant illa, quæ de extremo Oloode-  
 mi & Erifthenis supplicio auctor nar-  
 rat. Poliarchus, læsæ majestatis reus, rex  
 Navarræ fuerit: id ex odio Guisianorū  
 in Navarræ regem, èq; iis, quæ de Lyco-  
 gene ejusq; affeclis memorantur, satis  
 liquido proponitur. Illud memorabile  
 est, quod libro secundo narratur de lit-  
 teris à Lycogene ad Poliarchū scriptis,  
 quibus ipse Poliarchum summi benefi-  
 cii sibi debitorem facere nititur; nem-  
 pè servatæ vitæ à veneficiis Meleandri,  
 quibus armillam intinxisse, munerique  
 ad Poliarchum destinasse auctor noster  
 ait. Quod si applicare voluerimus, nihil  
 aliud esse potest, quàm quod ipse Gui-  
 siæ dux licet omnia sursum ac deorsum  
 versaret, quo regem Navarræ à regni  
 successione arceret. eo nō obstante, se-  
 cretis consiliis amicitiam regis appetere  
 cōpertus sit, oblato in vadimonium  
 filio

filio  
 deat  
 sua g  
 ris ri  
 ipsu  
 lium  
 rege  
 duce  
 rum  
 pè in  
 rege  
 quo  
 bies  
 Gui  
 sper  
 Gall  
 ab ip  
 lata  
 fuer  
 pitio  
 innu  
 nis i  
 qua  
 star  
 Illu  
 sum

## IN ARGENIDEM.

filio suo; promisso insuper, si regi ita videatur, sese comitatum septēdecim ex sua gente Principibus viris, vel ad Ligeris ripam ei obviam venire, paratū quo ipsum in urbem regiam atq; regale solium deducat. Poliarchi personam, non regem modo Navarrę, sed & Espernoniū ducem designare, verisimile fuerit illorum temporum historiā legenti. Nempe in hunc unum maximè post Navarrę regem, Guisianorum atq; omniū quotquot sacro fœderi nomen dederant, rabies defæviit. Fuere inter cætera ducis Guisii ac fœderatorum postulata, ut Espernonio ejusq; fratri Valettæ regno Galliæ interdiceretur, damnata rerum ab ipsis gestarum memoria. quæ postulata non Guisii modo fœderatorumq; fuere, sed & eorū quos sibi amicos propitiosq; rex habebat. Atq; hoc est, quod innuit ille Poliarchi in legatos Lycogenis incurfus, ipsæ legatorum querelæ, quas & multi qui à partibus Meleandri starēt acerbissimo questu impleverunt. Illud scim<sup>9</sup>, regis ad illa postulata respōsum, quo æquum se bonumq; Principē

profitebatur, eumq; sese demonstratu-  
 rum assererebat, ut in Espernonio anim-  
 advertere possent, sibi publicam regni  
 utilitatem privatis commodis ac rebus  
 quibuslibet deniq; priorem esse; non  
 modo foederatis suisq; non placuisse,  
 sed & acerrimum caep̄tæ rebellionis, &  
 à rege defectionis incentivum fuisse.  
 Accessit, quod in tractu Aquitano, cum  
 Navarro, jussu regis, Espernonius con-  
 silia & sermones sociasse diceretur.  
 quod ipsum tanquam grande nefas vel  
 reginae dux Maynius exprobrare usus  
 fuit. Atq; huc spectant illa, quæ de que-  
 relis Lycogenis in Meleandrum libro  
 secundo statim ab initio habentur. Le-  
 gatos Lycogenis, ut ignavos imbellesq;  
 à militibus derisos, eorumque non ob-  
 scurum in Poliarchum favorem; hoc  
 velle putem, quòd per fratrem suum  
 adversus Navarrae regem Guisus in A-  
 quitania bellum gerendum curaverat:  
 ubi magnarum rerum nihil ab ipso ge-  
 stum, quàm quod gloriosius atque illu-  
 strius regis Navarrae nomen reddiderit,  
 non sine maxima nominis sui diminu-  
 tio-

tion  
 tign  
 tani  
 focu  
 natu  
 non  
 lia c  
 gen  
 aler  
 alia  
 ta,  
 occ  
 for  
 pri  
 lass  
 tac  
 lera  
 sibi  
 fili  
 loi  
 foe  
 pa  
 cu  
 qu  
 fac  
 vo



IN ARGENIDEM.

tione & infamia; quam velaturus, Ma-  
 tignonii Mareschallum, regis in Aequi-  
 tania legatum, sibiq; in gerendo bello  
 focum, proditionis reum peragere co-  
 natus est: tam quidem id subdole, ut  
 non modo communicata ab ipso confi-  
 lia cum hæreticis quereretur, sed & ar-  
 gentum persolvendis stipendiis, victum  
 alendis militibus, instrumenta bellica,  
 aliaq; necessaria, tam parce suppedita-  
 ta, ut omnes benè gerendarum rerum  
 occasione è manibus exciderint. Quo  
 forsitan spectent illa Meleandri libro  
 primo, ita legatos fidem ipsius appel-  
 lasse, ut penè criminarentur. neq; enim  
 tacitè Maynius coràm multis præ se tu-  
 lerat, Hugenos non alium unquam  
 sibi amiciorem ipso rege expertos. Cõ-  
 siliium illud Optimatum, victo in Ge-  
 lois campis Lycogene inclamantium,  
 foederibus opus esse, & validam populi  
 partem Lycogeni consensisse, atq; oc-  
 cupandum esse tempus monentium,  
 quo rex acie victor pacem civium suam  
 facere possit beneficium; inter quas  
 voces plus se timuisse, quàm inter signa

Lycogenis Meleander dicit: illud putē  
 monstrare, consiliarios regis non regi  
 magis quān sibi timentes, nunquā cor-  
 dati alicujus consilii autores, in contra-  
 ria ac noxia cōsilia usq; dum deflexisse.  
 qualia certē erant illa, quod regi per-  
 suasum enixē cupiebant, divisum esse  
 in duas partes Gallia regnum, Catholi-  
 corum nempe, & eorum qui se pro re-  
 formatis haberi velint: si neutri partiū  
 ex asse dominaretur, fore ut duabus ꝑ  
 ajunt sellis sit seffurus: infirmiores esse  
 reformatorum partes, quā ut iis se rex  
 addicere debeat: amplectendas ergo  
 ferio esse foederatorum partes: quo fa-  
 cto quicquid autoritatis Guisii apud e-  
 os magnis impendiis summisq; labori-  
 bus quaesierint, totum illud ē vestigio  
 in regem derivatum iri: Unde quin oc-  
 casus ruinaq; gentis Lotharingicae ena-  
 scatur, dubiū non sit: quæq; cætera sunt  
 ejus farinae. Quæ quibus incommodis  
 damnisq; regem totumq; adeo regnum  
 afflixerint cōsilia, res ipsa plus satis do-  
 cuit. Tabulae Meleandro exhibitæ, qui-  
 bus Lycogenes maris & agri Syracusani

præ-

IN ARGENIDEM.

præfecturam petit, utque Erbessum & Heracleam cum præfidiis habeat in fidei pignus: designant illa, quæ foederati anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LXXXV, post firmatam pacem edicto mensis Julii, sibi depacisci ausi sunt, securitati suæ, utq; dictum est in fidei pignus; Caballinum scilicet in Burgundia; Leucos, Verodunum, sanctiq; Desiderii fanum in Mediomatricibus; Durocortorum in Cathalaunis; Augustam Sueffionum, arcem civitatemq; Bibractensem, arcem itē Divionensem, & nonnullas insuper in Armorico Gallobelgicoque tractibus urbes; Guisio speciatim sibi Aurelianensem urbem stipulante, quam à foederatis avellere rex secretis cum Entragio, qui eam urbem foederatis servabat, consiliis conabatur; petitum simul, ut militibus in foederatorum auxilia cōscriptis, rex de suo ducenta scutorum aureorū millia persolveret; 100 insuper scutorū millia ipsis ad ædificandam Veroduni arcē largiretur; centum etiam & sex scutorum millia condonaret, quæ ex regiis redditibus in usus suos converterant; satel.

## C L A V I S

satellites singulis & sclopetarios cata-  
 phractos ad corporis custodiam conce-  
 deret. quæ omnia miser ille rex adim-  
 plere sustinuit, idq; nec gravatè in spe-  
 ciè; vel majora si petiissent largiturus.  
 Hæc & his similia qui viderit, nullus mi-  
 rabitur, quod Barclaius à sene dictum  
 vult, crudelem istam ipsi regi humani-  
 tatem fuisse. nec obscura quoque hinc  
 prudentiorum judicia, Regem, quod  
 injuria abs se extortum esset, alia inju-  
 ria repetiturum. Quod coacto ad ne-  
 cessitatem fœderum Meleandro, Lyco-  
 genes paucissimis familiarium comita-  
 tus, iisq; quo fiduciam simularet exer-  
 mibus, non conscientia sua, sed regis in-  
 genio & suorum studiis superbè secu-  
 rus: illud denotare putem, quod Gui-  
 sius non pluribus octo è suis comitatu  
 Lutetiam ingressus regem adierit. qui;  
 perspectis in Guisium civium studiis,  
 sese servatos ipsius adventu acclaman-  
 tium, & non ultra morandum, sed Do-  
 minum (Guisius is erat) Rhemos dedu-  
 cendum, quo in regem Galliæ inaugu-  
 raretur, idem talem ingeminantium; &  
ipse

ipse  
 mitt  
 & il  
 clan  
 se in  
 inte  
 Ora  
 Bru  
 lios  
 Lyc  
 post  
 quò  
 tos,  
 fun  
 hab  
 nitu  
 gula  
 stor  
 Gal  
 gi, n  
 obl  
 ctio  
 æqu  
 linc  
 Co  
 fig

IN ARGENIDEM.

ipse supplicem matrem suã ad Guisium  
mittere (quã superbè contemtimque  
& ille habuit,) cumq; nihil proficeret,  
clanculũ ex urbe regia profugere, quo  
se instanti ruinæ mortiq;, quã omnia  
intentabant, subduceret, fuit coactus.  
Oratio Anaximandri, libros Boucherii,  
Bruti Hottomanni Francogalliam, a-  
liosq; similes tangit. at posterius illud  
Lycogenis, quo successionem electioni  
postponere nititur; libros speciatim, &  
quòd miremur, privilegio regis muni-  
tos, hac de re editos, quæq; plura scripta  
sunt de justo Lotharingicæ gentis ad  
habendum Gallia regnum titulo. Infi-  
nitum fuerit, percensere omnia & sin-  
gula, quæ in Lycogenis & Meleandri hi-  
storia consensu sunt iis, quæ in regno  
Galliæ, stante sacro fœdere, Henrico re-  
gi, non tertio minus quã quarto, sunt  
oblata; quæ ipsa cum ex Annalium le-  
ctione peti possint, omnibus patent ex  
æquo. Conjecturis locum ullum si re-  
linquimus, & Phorbanti, Harficoræ,  
Cornio, & cuivis deniq;, sua persona af-  
signari possit. sed fuerint ista superva-  
cua,

## CLAVIS

cua, cum contrariis conjecturis, pro  
immensa illa, quæ undequaq, se offert,  
circumstantiarum varietate, nulla non  
conjectura de facili elidatur. Majorem  
de hoc ipso libro discursum instituere  
foret opus, si, quicquid dicendum oc-  
currit, chartis illinere velimus. Satius  
ergò, manum de tabula tollere, ne,  
quod olim in urbem perexiguam, cujus  
amplissimæ essent portæ, dictum fuit.  
Darent operam cives, ne tota per illas  
urbs effugeret; in hunc discursum, si  
majorem in modum excreseat,  
quadrare videa-  
tur.



*Elen-*

Ele  
nom

Ar

S  
R

Ar

Me

Aqu

Hipp

Vsin

Hyp

Der

Per

F

Lyd

M

I

Con

IN ARGENIDEM.

Elenchus præcipuorum fictorum  
nominum, quæ reperiuntur in Barclaii  
Argenide; & eorum, quæ commodissi-  
mè sub iis intelligi pos-  
sunt.

CERTA.

*Scilia.* Gallia regnum.  
*S* Regio ab aduerso littore diffusa, ac sæpè Si-  
cilia amula. *Anglia.*  
*Arx non eversa.* Londinensis arx.  
*Mergania.* Germania.  
*Aquilius.* Cæsar.  
*Hippophilus.* Hispaniarum rex.  
*Vsinulca.* Calvinus.  
*Hyperephani.* Calvinii aedificia.  
*Dereficus.* Comes Palatinus, Federicus.  
*Peranbylaus.* Transylvania Princeps,  
Bethlehem Gabor.  
*Lydi conjuges.* Conchinus, Conchini  
Marchio Anchoritanus, cum uxore  
Eleonora Galligaia.  
*Conjuges Phryges.* Comes Sommerstet-  
tus, uxorq; ipsius.

*Ibbur.*

## C L A V I S

*Urburranes.* Barberinus, Cardinalis tunc,  
jam verò Pontifex, Urbanus octavus  
dictus.

*Procerum primus in aula Hippophili.* Fran-  
ciscus Gomezius Sanctivallis, Lermę  
dux.

*Cleobulus.* Villaregius.

## M E D I A.

*Meleander.* Rex Galliaë, qui arduis regni  
negotiis impar.

*Britomandes pater.* Antonius Borbonius  
pater.

*Britomandes filius.* Antonius Borbonius  
filius, Henrici IV pater.

*Timandra.* Jana Albretia, Henrici IV  
mater.

*Argenis.* Deficiens in Henrico III Vale-  
stiorum stirps, vel etiam alter ab rege  
locus, eodem tempore à tribus æmu-  
lis, Navarro, Alençonio, & Guisio,  
callide petitus.

*Poliarchus.* Persona eorum, in quos Gui-  
sianorum ac Ligæ sacraë rabies desæ-  
viit: quales, Henricus IV, rex Navar-  
ræ, & Esparnonii dux.

Ar.



IN ARGENIDEM.

*Archombrotus.* Princeps regi Franciæ  
subditus, virtutibus heroicis, sum-  
mam facientibus spem, ornatus.

*Radirobanes.* Hispaniarum rex.

*Auxilia Meleandro lata.* Literæ, quas an-  
no cdo 15 LIX ad Franciscum Gallia-  
rum regem Philippus Hispaniarum  
rex dedit.

*Selenissa.* Regina mater.

*Hyanisbe.* Elizabetha Angliæ reginæ.

*Aneroestus.* Clemens octavus, Ponti-  
fex.

*Lycogenes.* Tota Lotharingica familia,  
dux Lotharingiæ, Guisus, comes  
Vaudemontii.

*Menocritus.* Retii mareschallus.

*Eristhenes.* Mainius Calignaci comes.

*Oloodemus.* Elbovii dux.

*Acegoras.* Ginuillæ princeps.

*Anaximander.* Pontanus marchio.

*Commindorix.* Allobrogum dux.

*Gelanorus.* Turemii marchio.

*Arsidas.* Dux Bullonius.

*Furimedes.* Bironii mareschallus.

*Gobryas.* Harlæus Sanciaci.

E

Pra.

CLAVIS

*Praxetas.*

*Antenorius.*

*Timonides.*

Domus Albigniacae.

*Gens rudis, & ficum ficum, scapham scapham appellare solita. Helvetii.*

Qui horum nominum historiam (uti in ipsa Clavi summam attingitur) plenè cognoverit, reliqua hujus libri excogitata nomina nullo negotio per se ipsum ad rerum gestarum personas applicabit.

Uti sunt:

*Danalbius.* Franciscus Morocenus Cardinalis, ejusq; cliens.

*Nicopompus.* Jacobus Augustus Thuanus, Poliarchi amicus, & in Lycogenem gravis. quem miror, cur Dn. Opitius in Germanicâ editione, & Argentinenses in suâ fuerint interpretati Barclaium ipsum, qui in aulâ Gallicâ Henrico III vix notus, nedum tantæ authoritatis esse potuit. Iisdem Trebocis est

*Aquilius, cujus sanctiones aureas dicunt.*

Carolus I V. Imp.

Primi

IN ARGENIDEM.

*Primi in aulis* | *Hippophili*. Lernaëus.

| *Aquilij*. Klefelius. |

(quod ipsis defendendum relin-  
quo.)

*Poëta*, qui in principem (Henricum IV.)  
contumeliosus crucem tulit, & questam  
flagitio famam in supplicio invenit. Jo-  
hannes Guignardus, Jesuita, qui in  
portuensi plateâ Parisiis laqueo  
strangulatus est.

*Mathematicus Assyrius*. Cosmus Ruge-  
rius.

*Hieroleander* .....

*Libachanes*. Legatus Hispanicus.

Sunt præterea multa nomina, quæ  
nullis certis personis applicari, neq; ta-  
men de nihilo ficta esse possunt, quæ  
Lectori rerum Gallicarum solertiori  
excogitanda mittimus. Veluti civita-  
tes quædam sunt, quarum nomina tam-  
etsi è verâ Sicilia mutuò sumpta, appo-  
sita tamen descriptione satis superq; se  
manifestant.

E. G.

*Panormus*, &

E 2

*Enna*

*Primi*

CLAVIS IN ARGENIDEM.

*Enna* in umbilico regni sita, neq; deficientes à Rege . . . . .

*Epeircte*, cum arce & portu . . . . .

*Agrigentum*, præstantissima arma excudit . . . . .

*Erbeſſus* . . . . .

*Phthinthia* ad ripas *Himera*, hinc alveo fluminis cincta, illinc arbustis inter se implicatis, &c.

F I N I S.



CLAVIS ALTERA

cum prologo Atriensi

in

EUPHORMIONEM,

five

JOANNIS BARCLAI

SATYRICON.

ad

V. N.

JANUM CHRISTOPHO-

RUM THOMAM, Musarum &

Virtutum amasium.



NORTHUSÆ.

fici-

ex-

lveo  
nter



## PROLOGVS ATRIENSIS

ad

### EUPHORMIONIS MIMUM.

**P**ost Sparfas in vulgus olim chartulas, secretorum Euphormionis cōscias, nec, nisi molli apologiæ brachio mitigatas, non confutatas, factum est, ut publicis in Belgio typis descriptæ privatam exinde silentium valere iusserint. Quod verò in iisdem multa, quæ vel nondum planè, vel non dextrè fatis Tripodi extricata, conjecturæ sagaci adhuc superessent, plura quoque istius clavis ita jejunè dicta forent, ut ea aliis in super clavis subsidium apud historiarum & Græcitatibus paulò rudiores requireret: Operæ pretium visum fuit Thebano gentis suæ in vitam à Barclaiio gratiam denuò demerendo, pensare amplius; ejusq; Satyricon, quamvis etiam per saturam, bipotentibus tamen valvis adhuc referare magis.

Nam duabus potissimum seris, nominum & rerum oppellatum duplicis

cis

cis e  
beno  
milo

obsc  
tem  
ut ap  
dam  
pell  
rum  
and

hæc  
non  
vel  
me  
mag  
for  
pall  
erit  
è re  
ite  
te

clav  
Ver

## IN EUPHORMIONEM.

cis etiam clavis, Græcæ puta & Latinæ beneficio fœliciter recludi posse verisimile admodum fit.

Utraque est nomenclatura de industriâ obscuratorum, rerumve malignâ saltem luce noctem prohibentium. Sive ut apertius, quod sentiâ, eloquar: Quædam nomina sunt propria, quædam appellativa, hæc à rerum, illaq; personarum circumstantiis historicis enucleanda veniunt.

In duas igitur partes herciscunda hæc erit fabula: Una quidem verorum nominum & priorum erit, eorumq; vel integrè servatorum, vel levi saltem metathesi, aut etiam ad latinum sonum magis appropinquante allusione transformatorum, vel Græco nonnunquam pallio utcunq; velatorum. Altera pars erit alteratorum & appellativorum, & è re natâ atq; obviâ Historiâ, vel Latinè iterum vel Hellinicè fictorum & connectorum nominum.

Ad prioris classis clavos sibi ipsis clavigeri stant, quos vides: (Nam de *Veronâ & Mediolano, Cesare & Man...*

C L A V I S

tanquam plenè rerentis, quid opus est  
 verbis? licet de postremis non certò  
 constet, neq; multum referat, nomina  
 revera propria sunt, quemcunq; etiam  
 denotent.) *Hippophilus* seu *Liphippus*  
 cum suo *Lisippo* & *Acignio*; *Labetrus* cum  
*Charidoto*; qui vel stupidissimo cuique  
 pro *Philippo*, *Lipio*, *Ignatio*, *Alberto*  
 & *Richardoto* semet statim insinuant  
 in Belgii isto mimo. Quod ipsum *Bar-*  
*claius* suapte *Scazonti* suo adjecit, ne la-  
 tere quenquam possent. *Percas* verò mi-  
 rum, quin *Casper* fuerit; uti *Sibronius*  
 est *Barnabas* *Briffonius* Jctus curiæ *Pa-*  
*risiensis* Præses, *Vldecimanorum* ma-  
 cello suspensa victima. Et quod *Percas*  
 de principe (*Henrico magno*) subne-  
 ctit, eum *RE QUIEM* regni *Metis* in-  
 dulisse, innuit semetipsum (*Arguien*,  
 vel *Aquien*) *Mediomatricū* *Divoduro*  
 præsidem datum. *Regiones* itidem ac  
 urbes integræ ferè: sic *Vanarra* est *Na-*  
*varra*. *Verona* quoq; & *Mediolanum*  
 nomina genuina servant, describuntur  
 enim in 2. itineribus Romanis. *Lusinia*,  
 Insula est omnium maxima, magna Bri-  
 tan-



IN EUPHORMIONEM.

tannia, Scotiam præsertim & Iberniam involvens, postquam in unum imperium coaluit *INSULA*. Verba sunt auctoris in *Icone animorum*.

Ad ejusdem classis transtra allusoria sedent: *Janicularis*, Præses Divionensis, & regii Consistorii Assessor, *Janinus*; *Albagon*, niger ille Duc d'Alva Ferdinandus Toletanus, cum suo *Ægoro*, quem capite plecti jusserat, Egmondano. *Figulus*, Gallicè Potier. *Fibullius*, Duc de Buillon, quem alii tantum amicum Guisii vocant. Bullionium autem esse non tam nomen parumper detortum prodit, sed & illud, quod ab huius aulâ ad Bruxellensem illam Alberti celerpateret transitus, ita ut hinc Callionis cursus eiusque præmissum agmen, (quod ait Euphormio) facilè antevertere licuerit. *Lapicia*, ejusdem Bullionii cognata, est Aloisia Colinia, Ducis Arausionensis vidua, quæ pro Bullionio apud Henricum IV. intercesserat, idq; tandem una cum Regis literis obtinuerat.

Indidem prora Græcanicorum ple-

CLAVIS

Jam verò illius aedes propè Saturni tem-  
plum in ripâ Pactoli; supra cujus portam ex-  
teriozem Ætnæ fulminantis imago, & terri-  
biles Cyclozum formæ suo Jovi molientium  
tela: supra portæ interioris fastigium imagi-  
nes iterum aeneæ Gradivi, & vitiam Jovi con-  
citato ministrantis, & Vulcani terribilem la-  
borem in manu ferentis; ex alterâ verò parte  
aviditas expressa Plutum multiplici catenâ  
constringens, & pertinaciter reluctantem tra-  
hens: Hisce omnibus depingitur l' Ar-  
senal, sive armamentarium regium Pa-  
riense, & Martis penetralia, hinc Se-  
quanæ, illinc Cœlestinorum templo cõ-  
finia, ubi Cyclopibus dictis subjectum  
extat distichon:

*Ætna hæc Henrico Vulcania tela ministrat,  
Tela Giganteos debellatura furores.*

Ad bellorum hæc instrumenta, cur-  
rumque Gradivi, requiritur ærarium  
quoque subintellectum Aviditatis effi-  
gie abducentis ab oppidanis Plutum:  
Apologia authoris iterum astruente.  
Fortunæ templum igitur non armamen-  
tarium esse poterit; ad quod quippe ex  
illo per nobilissimam urbem spatiatu  
tan-

IN EUPHORMIONEM.

tandem devenit: sed fortassis erit *le Temple*, aut *l' Ouure*, vel etiam *l' Eglise de nostre Dame*; in quâ Euphormio nunc primis porticibus vagus, nunc in ipsa testudine (*Choro*) religiosus expectabat Lenam. *Regni Metæ* est Divodurum *Mediomatricum*. *Mets*.

Quæ ad alteram partem appellativorum certa tamen individua prodentium, pertinent: Græca iterum sunt partim, partim latina. Inter illa refero: *Gephyrius*, Pontifex; *Catharinus*, Puritanus; *Themistius*, Jctus; *Poimenarchus*, Cardinalis aut Episcopus. *Pedæa*, Infans Hispaniæ, ita Regum ibi liberi primogeniti appellantur, uti Delphin in Galliâ, & Princeps Walliæ in Angliâ illi dicuntur. *Chrysius*, aureus, opulentus quidam Gallus est. *Scolimorrhodiam* appellavit à Scolymis & rosis, insignium loco in Britanniâ magnâ usurpatis. Nam ut rosam quidem sine spinâ, prout ante lapsum ea fuisse fertur, prætenderet Rex: attamen carduum seorsum à rosa aculeatum quoque, & ictus contrectaturo minitantem gerebat. Eundem Euphor-

phormio modò *Tessaractum*, quasi Regem quadratum, aut quatuor regnorū, ut Gallia, Anglia, Scotia & Ibernia vocat; modò *Neptunum diversarum gentium studia conciliantem*, quod veluti Deus maris, à quo imperium suum circumfunditur, regnârit Jacobus, primus Monarcha Britanniarum, ex quarum colonis singulis & universis concētus penè musicos instruxerit, unde & Lyra ejusdem Augustissimi, Doctissimi & Pacifici Regis insignia decorabat. Quibus nominibus à Barclaio, & in Oxoniensi Academia alto throno insidens celebratur. *Icoleon*, Belgium confœderatum, quia situ Leoninam imaginem repræsentet, vel à Leonina fortitudine. *Basilium*, quasi Regia sedes subintelligenda sit necessariò, de Aureliâ aut Lutetiâ Paris. Sed ridiculè capitur, neutra esse potest, sed talis est, ubi municipii sit Dictator, & Guisii potentia maximoperè metuenda: mihi Dola videtur, aut Flexia potius, ad quam Henricus IV. non sine invidia magnam summam pecuniæ conferens: ut quasi prima & regia Jesuitarum

rum

IN EUPHORMIONEM.

rum sedes sit, postquam Illi amplissimo decreto jussi sunt non fuisse nocentes. Quare in Gallia de eâ adhuc circumfer- tur Epigramma ad nomen *fleche*, quod Gallicè sagittam notat, alludens:

*Arcum Dola dedit Patribus, male-cauta sa-*

*(gittam*

*Flexia, quis nervum, quem meruère, dabit?  
Templū ultra Alpium claustra, q̄ bis ab hostib.  
petitum, bis divino volatu elusit furentium  
manus: est S. Maria di Loretto. Templum  
quod in Icoleonte miraculis celebratur; est  
Halense D. Virginis, quam Lipsius, post-  
quam,*

*Sensit homo frigere suæ miracula Divæ.  
primum libro & moribundus tegmine  
pretioso obvelavit. Templum Saturni  
in ripâ Pactoli: est Cœlestinorum ad  
præfluentem Sequanam Parisiis magni-  
ficè exstructum, & Mausolæis nobile.  
Nam ut Saturnus è regno suo aufugi-  
ens in Latio, cui nomen dedit, exulavit:  
Ita & Cœlestinus sanctæ sedi vale, & so-  
litudini salve dicto, è Pontifice Maximo  
privatus, & solitarius factus Ordini isti  
dedit auspiciū.*

*Pacto-*

CLAVIS

*Paetolus & Nilus* est Sequana, qui Parisios tot advectis mercimoniis inundans non ditat tantum aureâ quali saburrâ, sed beat: extra urbem verò agros foecundos reddit non minus atque septemfluvius ille Ægypti. *Regio ubi seruum & insanum mare Coniuges Consultissimos, Veneris Cypria Vitricos habet*: est ditio Veneta, quia singulis annis festo Ascensionis Veneti mari desponsantur anulo. *Amplissima urbs, in quâ regnet iudicium Paridis, & Minerva Junoq; minori fastu, quàm Æneæ mater Venus eat, quæ semper posteros Originis suæ admoneat. Vbi passim aurei parietes, & multa priscae urbis vestigia cum truncis majorum vultibus semesisq; imaginibus extent, & celeberrimæ tabulae ex everse urbis incendio non semel conservatae: Multa quoq; Gallico auro calata fulgeant, quæ Brennus inde fugiens reliquerit.* ROMA. *Feri homines, & cum loci difficultate consentientes. Helvetii. Homicidæ in Italiâ, quorum premium equus celeritate notus, & modici æris liberalitas, ut vel in publicâ luce barbare feditatis exemplo deserviant licitatores capitum nostrorû.* Sunt Assassini Banniti.

Leu-

Leu  
fectu  
scar  
tiâ  
stan  
apo  
caru  
vari  
per  
nim  
Th  
com  
Call  
ven  
loru  
dol  
J..K  
est,  
& v  
leg  
fun  
hac  
xor  
fin  
in  
ad

## IN EUPHORMIONEM.


*Leucus, secreta pietatis apud Liphippum præ-*  
*fectus: Joannes Neius, generalis Franci-*  
*scanorum ordinis curator: is à pueri-*  
*tiâ ad vicesimum usque annum prote-*  
*stantium doctrinæ innutritus, post illâ*  
*apostata se huic disciplinæ addixit, auli-*  
*carum artium minimè rudis, sed qui in*  
*varias partes pro ratione temporum &*  
*personarum, cum quibus illi res erat, a-*  
*nimum versare sciret. Si quidem fides*  
*Thuano lib. 138. Hist. & Euphormioni*  
*consultantem describenti habenda est.*  
*Callion celeriter sublatus, est Guisius. Ju-*  
*venis quidam præpinguis in aulâ Aquilij cæ-*  
*lorum meatus & decreta perlustrans: Ru-*  
*dolphi Mathematicus Cæsareus, fortè*  
*J. K non enim Tycho Braheus esse pot-*  
*est, qui tempore Barclaii neque juvenis*  
*& vix in vivis fuit. Casina & Olympio. Al-*  
*legoricâ ad Plauti Fabulam allusione,*  
*sunt Comites de Morot conjuges. Et ab*  
*hac Regis Galliæ amicâ (qualis erat u-*  
*xor Comitum) illud quoq; est, quod sub*  
*finem Satyrici Protagon fingitur aliquid*  
*in MORETO Virgiliano scribere: fortè*  
*ad illum versum:*

*F. Inty-*

M M M C L A V I S M I

*Intybadj, & Venerem revocans eruca morantem.*

NB. In periochâ hâc appellativa Græcanica quodammodo ex incuriâ confusa fuerunt: sed ut eò melius & citius singula nomina reperire queas, en seriatim ea & literarum ordine habes, pari ferè modo, prout Lugduni Batavorum exiêre, atque ita B. V. L.



C L A V I S.

Nomina ignota, passim in EUPHORMIONE occurrentia, referans & exponens.

**A** *Cignius.* Ignatius Lojola.  
*Acignij, sive Acigniani.* Ignatiani Jesuitæ.

*Adrania.* Ignavia & infirmitas.

*Ægorus.* Comes Egmondanus, seu Hornanus, Bruxellis decollatus.

*Aelpis.* Desperatio.

*Alexandria.* Lutetia Parisiorum.

*Albagon.* Albanus, seu Duc de Alba.

*Ambrax.* Medicus Gallicus.

*Amphiaraus.* Regis Angliæ Secretarius.

*Anemon.* Monsieur de Benacill aut Bonville, qui Legatos recepit.

*Ag*  
*Arc*  
*Are*  
*Arg*  
*P*  
*Ba*  
*Ba*  
*Boe*  
*Br*  
*Ca*  
*Ca*  
*Ca*  
*Ch*  
*Ch*  
*Ca*





IN EUPHORMIONEM.

*Aquilius.* Rudolphus Imperator.

*Archoropus.* fortè est Brandenburgicus.

*Arete.* Virtus.

*Argyrostratus.* Ambrosius Spinola; propter sumptus belli nimios.

*Basilus,* Jesuitarum fautor, fortè Wil-  
leron.

*Basilium.* Dola, vel Flexia.

*Boëthia.* Germania.

*Brutus* . . . . .

C.

*Callion.* Dux Lotharingiæ, Guisus.

*Casina.* Uxor Comitis de Morot, deli-  
ciæ seu concubina regis; Item Hol-  
landia à Caseis.

*Catharinus.* Puritanus, Minister quidam  
Sectæ Puritanæ in Angliâ.

*Charidotus.* Richardotus; Præses Con-  
silio apud Albertum Austriacum, seu  
Consilio Regii Senatus in Belgio: cu-  
jus precibus & suadelâ Batavi potis-  
simum permoti inducias duodecen-  
nales pepigère.

*Chrysius* . . . . .

*Casar* . . . . .

*Clesfandritus.* Britannia Rex.

*Cleostrata.* la Marquise de Vernandi, amica seu concubina Henrici IV. Regis Gallia.

*Cursor.* la Varenno, seu Varennes, equorum Cursoriorum magister, totius Gallia praecipuus, Henrici IV. Leno.

D.

*Delphium, seu Delphinum.* Mussipontium Academia Gallia: sive, illustris schola Jesuitarum. Domos habet elegantissima arte porrectas. Academia Ponti-Mussana. Pont à Mousson.

*Despotikirius.* Servus, heri sui dominus, Dux de Lerme, Hispania Thesaurarius.

*Doromisus,* osor munerum. Fortè hoc nomine designatur Rhoni. Dux de Rosinas, seu Juliacensis; Gallia Thesaurarius.

E.

*Eleutheria.* Francia, Gallia.

*Euphormio.* Joannes Barclaius, Auctor Satyrici.

*Eutichia.* Monachatus.

F.

*Fibulbius.* Henr. Turrius, Duc de Bullion.

Fig

Fo

G

Ge

Ge

Gl

He

Hi

Hi

Hy

Ja

Ice

lli

IN EUPHORMIONEM.

*Figulus, Potier.* Nicolaus Poterius, Præses  
Senatus.

*Fortuna templum,* vel potius *Doromisi edes.*  
L'arsenal, sive armamentarium Re-  
gium.

G.

*Gelon.* Democritus omnia ridens, Bar-  
claius.

*Gephyrius.* Pontifex, Paulus V.

*Geragathus.* Dominus Villeroy.

*Glykyte.* Dulcedo.

H.

*Hebraus.* Judæus Mersel, vel *Wenzel/oa-*  
*der Senck* / quem alii dictum volunt  
Philippum Lang.

*Hieromerimna.* Sacrorum cura.

*Hippophilus, & Hippoplutus.* Philippus II.  
Potentiss. Rex Hispaniæ. Idem *Li-*  
*phippus.*

*Hypogæa,* Sagæ nomen. Subterraneis sa-  
cris operans.

I.

*Janicularis.* Petrus Janinus, Præses in Se-  
nату, & à Consiliis Gallo.

*Icoleon.* Belgium confœderatum.

*Ilium.* In prima parte Ostenda, & in se-  
cunda Lut, Paris.

C L A V I S

*Julianus* . . . . .

*Juno*. Regina Gallia.

L.

*Labetrus*. Albertus, Archidux Austriae.

*Lapicia*. Aloisia Colinia, Duchesse d' Aurange.

*Leucus*. Johan. Ney, vel Cotton, Confessionarius Regis & Archid. Generalis Franciscanorum Ordinis.

*Leucomus* . . . . .

*Liphippus*. Idem *Hippophilus*.

*Lisippus*. Lipsius. Idem *Neopalaeus*.

*Longinus*. Nicolaus Brulartus Sillerius, Galliae Cancellarius: ita dictus, quod res suas lentè expediat. *Lentulus belli-curius*.

*Lucretius*. Philologus Belga.

*Lusinia*. Lotharingia, aliàs Scotia, & melius: Patria auctoris: hinc

*Lusinini*. Scoti, quasi insulani.

M.

*Mauritius* . . . . .

*Marcia*. Venetiae, à Marco Evangelista patrono ita dicta.

*Melandria*. Hispania. & *Meleandri*, Hispani vultu Semi-mauri.

Nea-

IN EUPHORMIONEM.

N.

*Neapolitanus.* Monsieur de Neufville,  
Villeroy, Secretarius.

*Nearius.* Mauritius, Comes Nassovius,  
Princeps Aurangiae.

*Neopalaus.* Lipsius. qf. Nov-antiquarius.

*Nisaeus.* Bacchus.

O.

*Olympio.* Comes de Morot.

P.

*Pedæa.* Infanta Isabella Clara Eugenia,  
Alberti Archiducis conjux.

*Pedo* . . . . .

*Penia.* Paupertas.

*Percas.* Monsieur d'Arguien (d'Aquien)  
de Mets, Gubernator Metensis.

*Philosophi.* Monachi.

*Philotimia.* Ambitio.

*Poimenarchus.* Cardinalis aut Episcopus.

*Protagon.* Henricus IV. Rex Galliae.

S.

*Scolimorrhodia.* Britannia, Anglia & Sco-  
tia. Magna Britannia.

*Sibronius.* Brifonius.

*Sophagon* . . . . .

*Straton.* i. *Pedo.*

*Tessa*

CLAVIS IN EUPHORM.

T.

*Tessaractus.* Jacobus VI. Magnæ Britanniaæ Rex, & Monarcha primus.

*Thebani.* Germani, Teutones. (*Theba,* Praga.

*Themistius.* Jurisconsultus quidem; vel P. Gregorius, Jctus Ponti-Muffanus: vel Gulielmus Barclaius, pater nostri auctoris, Professor Regius in Ponti-Muffanâ Academia; qui scriptis gravissimis de Regno & Regis institutione, de potestate Pontificis adversus Bellarminum, admodum inclauit: & superiore tempore Ducis Lotharingiæ Consiliarius fuit.

*Theophrastus.* Jacobus David Perronius, Cardinalis Ebroicensis, cui<sup>9</sup> sollicitudine in Galliâ plures Scoti celebri nomine bonas artes professi sunt, quàm in ipsa Scotiâ foventur & aluntur à Rege.

*Torrentius.* Pricat, aliàs Brulard, Cancellarius alter à cognomine sic dictus.

*Trifartitus.* Georgius Ludovicus, Dux Leuchtenbergius, Landgravius.

*Verona.*

*Vanarra.* Navarra.

*Vocula.* . . . . .

*Valerianum.* Theatrum Parisiense, &c.

F I N I S.

1077

n Aquil  
 A  
 vris ac fa  
 Una qu  
 Dna succ  
 Qua  
 INTRO  
 JOA  
 A

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

Blue 3/Color Black

Cyan


Green

Yellow

Red

Magenta

White



987  
 786

